אָרַר, part. act. pl. constr. אֹרְרֵי, suff. אֹרְרֶיךָ, pass. אָרוּר, f. אֲרוּרָה, pl. m. אֲרוּרִים, inf. abs. אָרוֹר, imp. cum ה parag. אָרָה, pl. אוֹרוּ et אֹרוּ, fut. אָאֹר, תָּאֹר, 1) *abhorrui* Gen. 3, 14: *horrori esto omni bestiæ*, ad litt. *sois abhorré par tous les animaux*. — 2) *exsecratus est*, *maledixit* Jos. 6, 26: 2 Reg. 9, 34, etc. Sq. acc. pers. aut rei Gen. 27, 29. Ex. 22, 27. Num. 22, 6. Mal. 2, 2. Job 3, 8: אֹרְרֵי יוֹם *qui dies exsecrantur*, præstigiatorum genus, qui imprecationibus suis dies infaustos arcessere posse putabantur.

Niph. part. pl. נְאָרִים *maledicti* Mal. 3, 9.

Pihel אֵרַר 1) *maledixit* Gen. 5, 29. — 2) *exsecrationem effecit* seu *peperit*. Num. 5, 22: הַמַּיִם הַמְאָרְרִים *aquæ*, *quæ* potæ uxori adulteræ et perjuræ *interitui sunt*.

Hoph. fut. יוּאָר *maledictus erit* Num. 22, 6. — Deriv. מְאֵרָה.

אֲרִרִי vid. חֲרִרִי.

אֲרָרָט n. pr. regionis in mediâ ferè Armeniâ sitæ, etiamnùm ab Armeni *Ararat* dictæ, in cujus montanis (חֲרִי אֲרָרָט) arca Noachi substitit Gen. 8, 4: 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38. De totâ Armeniâ ipsâ Jer. 51, 27.

אָרַשׁ in Kal inusit.

Pih. אֵרַשׁ, fut. יְאָרֵשׁ; *desponsavit* mulierem Deut. 20, 7. 28, 30: 2 Sam. 3, 14. Hos. 2, 21, 22.

Puh. אֹרַשׁ in pausâ אֹרָשָׁה *despon-*

Digitized by Google

sata est Ex. 22, 15. Deut. 22, 28. Part. fœm. מְאֹרָשָׂה *desponsata* puella Deut. 22, 23, 25, 27.

אָרַשׁ inus. i. q. arab. ورش *concupivit*, undè

אַרְשָׁת f. Ps. 21, 3 *desiderium*, *cupiditas*. LXX. δίψαις. Vulgat. *voluntas*.

אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא Esr. 4, 8, 11, 23, אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא 7, 7 et אַרְתַּחְשַׁסְתְּא 4, 7; n. pr. *Artaxerxes* rex Persarum.

אֲשַׂרְאֵל nom. propr. viri 1 Paral. 4, 16.

אַשְׂרִיאֵל n. pr. viri Num. 26, 31. Jos. 17, 2: 1 Par. 7, 14. Patron. אַשְׂרִיאֵלִי Num. l. c.

אֵשׁ c. sed sæpiùs fem. suff. אִשּׁוֹ, אִשְּׁכֶם; *ignis*, Gen. 15, 17. 22, 6. Ex 3, 2. Lev. 1, 7 et sexcenties. spec. 1) *ignis* Dei, i. e. *fulgur* Gen. 19, 24. Num. 11, 1: 1 Reg. 18, 38. Job 1, 16. Metaphorica dicitur etiam tùm de irâ Dei summâ atque præfervidâ. Deut. 32, 22. Jer. 4, 4. Eze. 22, 21. Soph 1, 18. Ps. 78, 21. Thren. 2, 4. tùm de interno animi hominis ardore Jerem. 20, 9. Ps. 39, 3, 4. — 2) Poët. *ignis* dr. de *bello* Num. 21, 28. Jud. 9, 15, 20. Jes. 10, 16. Psalm. 21, 10, etc. קָדַח אֵשׁ *accendit ignem* metaph. pro belli tumultus excitavit Jes. 50, 11. — 3) *res quævis adversa*, *quodvis exitium* Job 15, 34. 20, 26. 22, 20. 31, 12. Jes. 1, 31. 30, 30. 33, 11, 14. — 4) *solis fervor* Joël 1, 19, 20. 2, 3, 5. — 5) *splendor* Nah. 2. 5. Eze. 28, 14, 16. Vide deriv. אשן

אִשׁ i. q. יֵשׁ verbum substantivum *est*, *sunt* 2 Sam. 14, 9. Mich. 16, 10. Quidam volunt אִשׁ, hìc poni pro אִישׁ.

אֶשְׁבֵּל n. pr. viri Gen. 46, 21: 1 Par. 8, 1. Patronym. אַשְׁבֵּלִי Num. 26, 38.

אֶשְׁבָּן n. pr. viri Gen. 36, 26.

אַשְׁבֵּעַ n. pr. viri 1 Par. 4, 21.

אֶשְׁבַּעַל n. pr. viri 1 Par. 8, 33. 9, 39.

אשר in chald. et syr. *effudit*. Indè

אֶשֶׁד m. *effusio* Num. 21, 15.

אֶשְׁדָּה fem. plur. אֶשְׁדּוֹת, constr. אַשְׁדּוֹת; pr. *effusio* (torrentium) *radix montium*. Deut. 3, 17. 4, 49. Jos. 10, 40. 12, 2, 3, 8.

אַשְׁדּוֹד n. pr. *Asdod*, una ex quinque Philistæorum urbibus primariis Jos. 11, 22. 15, 46: 1 Sam. 5, 1. Jes. 20, 1. Nomen gent. אַשְׁדּוֹדִי, f. אַשְׁדּוֹדִית, pl. אַשְׁדּוֹדִיּוֹת; sed. f. seu אַשְׁדּוֹדִית adv. *Asdodicè*, *linguâ Asdodicâ* Neh. 13, 23.

אֶשָּׁה f. i. q. אֵשׁ *ignis* Jer. 6, 29 in Chethib: מֵאֶשָּׁתָם עֹפֶרֶת *ab igne eorum plumbum* sc. absumitur, sed in Keri מֵאֵשׁ תָּם *igne absumitur*.

אִשֶּׁה m. (cum ה paragog. אֶרִי, הִנֵּה, הֵן, אֲרִיֵּה), constr. אִשֶּׁה, plur. constr. אִשֵּׁי; suff. אִשַּׁי; *ignitum*, *sacrificium igne absumendum*, Ex. 29, 18. Lev. 1, 9, etc. De sacrificiis non cremandis occurrit tantummodò Lev. 24, 7, 9.

אִשָּׁה f. (pro אִנְשָׁה formæ אֵנֹשׁ), constr. אֵשֶׁת (f. formæ אִישׁ pro אִישֶׁת) qui nonnunquàm etiam absol. ponitur Deut. 21, 11: 1 Sam. 28, 7.

Digitized by Google

Ps. 58, 9, suff. אִשְׁתִּי, אִשְׁתּוֹ, אִשְׁתֶּךָ etc., semel אִשְׁתֵּךְ Ps. 128, 3. Plur. semel אִשּׁוֹת Eze. 23, 44, alibi נָשִׁים (pro אֲנָשִׁים per aphærcsin, à sing. אִנְשָׁה), constr. נְשֵׁי, suff. נָשַׁי, נָשָׁיו, נָשֶׁיהָם; 1) *femina*, *mulier*, omnis ætatis et conditionis, sive nupta, sive non Gen. 24, 5. 31, 25. Jes. 4, 1. Job 42, 15, etc. Spec. est a) nomen *sexus*, adeòque de animalibus usurpatur, *gall. femelle* Gen. 7, 2. — b) *uxor*, *conjux*, opp. marito. Gen. 24, 3, 4, etc. אֵשֶׁת אָבִיךָ *uxor patris tui* i. e. noverca tua Lev. 18, 8. לָקַח לוֹ לְאִשָּׁה est *sumsit sibi* feminam *uxorem* Gen. 4, 19. 6, 2. Etiam de pellice et concubinâ Gen. 30, 4, de sponsâ Gen. 29, 21. — c) *mulier* per convicium dicitur de *viro imbelli, timido, consilii experte*. Jes. 19, 16. 3, 12. Jer. 51, 30. Nah. 3, 13. Cf. homer. Ἀχαιΐδες οὐκ ἐτ' Ἀχαιοί, Virg. Æn. 9, 617. — d) per appositionem jungitur variis nom. ut אִשָּׁה זוֹנָה *meretrix* Jos. 2, 1, אִשָּׁה אַלְמָנָה *vidua* 1 Reg. 7, 14. — e) sq. genitivo attributum continente feminam indicat tali attributo præditam. אֵשֶׁת חַיִל *mulier honesta* Ruth 3, 11. Sic Prov. 27, 15. Hos. 1, 2. — 2) Seq. אֲחוֹת vel רֵעוֹת: *altera*, *altera* (v. sub his v. v.). — 3) *unaquæque*, *quælibet* Ex. 3, 22. Amos 4, 3.

אִשִּׁיָּה v. אֲשִׁיָּה.

אֵשׁוּן m. *tenebræ*. Prov. 20, 20 בְּאֵשׁוּן חֹשֶׁךְ in Keri, sed Chethib habet בְּאִישׁוֹן חֹשֶׁךְ — Rad. אשן.

אֵשׁוּר vel אִשּׁוּר m. suff. אִשְׁרוֹ, pl. אֲשֻׁרִים (f. Ps. 44, 19), suff. אֲשֻׁרַי, אֲשֻׁרָיו; 1) *gressus* Prov. 14, 15. Metaph. *actiones* hominis Ps. 37, 31. 46, 3. 73, 2. Sed Job 23, 11: *gressus Dei* i. e. lex, voluntas ejus. — 2) i. q. תְּאַשּׁוּר *cedri* genus. Eze. 27, 6: קַרְשֵׁךְ עָשׂוּ־שֵׁן בַּת־אֲשֻׁרִים *transtra tua fecerunt ex ebore, filiâ cedrorum* i. e. cedro incluso. — Rad. אָשַׁר.

אַשּׁוּר et אַשֻּׁר (1 Par. 5, 6) fem. suff. אַשְׁרִי; 1) *gressus* Job 31, 7. — 2) n. pr. filius Sem Gen. 10, 11, 22, à quo — 3) n. pr. *Assyria* Hos. 9, 3. 10, 6. Zachar. 10, 10, pleniùs אֶרֶץ אַשּׁוּר Jes. 7, 18 et *Assyrii* (et tunc constr. cum masc.) Jes. 19, 23. 23, 13. 30, 31. 31, 8. Ps. 83, 9. Hos. 14, 4. *Assyria* verò est — a) vel *vetus et propria* cujus caput Ninive fuit, ad orientem Tigridis (cf. Gen. 2, 14. 10, 10, 11, 12, 22). — b) vel *regnum Assyrium* quod complectebatur Mediam ac Mesopotamiam. Num. 24, 22: 2 Reg. 18, 11. Jer. 8, 7. 18, 2, 7. Nah. 3, 19. Mich. 5, 5. Zach. 10, 11, etc. — c) vel *regnum Persarum* Esr. 6, 22. — Cum ה locali אַשּׁוּרָה *in Assyriam* Gen. 25, 18. — Nom. אֲשׁוּרִי 2 Sam. 2, 9 forsan i. q. pl. אֲשׁוּרִים Gen. 25, 3, nomen proprium gentis arabicæ in vicinia Galaad.

אַשְׁחוּר n. pr. viri 1 Par. 2, 24. 4, 5.

אֲשִׁיָּה f. undè pl. cum suff. אֲשִׁיּוֹתֶיהָ *fundamenta ejus* Jer. 50, 15 in Keri, sed in Chethib est אֲשִׁיתֶיהָ — Rad. אשה.

אַשִּׁימָא 2 Reg. 17, 30 numen do-

Digitized by Google

mesticum Emathæorum incertæ originis. Conferunt nonnulli pers. *Asumán*, i. e. cœlum et non improbab.

אֲשֵׁרָה v. אֲשֵׁרָה.

אָשִׁישׁ m. pl. constr. אֲשִׁישֵׁי; *fundamentum*, forsan de *ruinis* ædificiorum, quia domibus dirutis fundamenta tantùm remanent (cf. מוֹסָדִים Jes. 58, 12 de ruinis) Jes. 16, 7, ubi quidam אַנְשֵׁי legendum putant, sed immeritò, prout videtur. — Rad. אשש.

אֲשִׁישָׁה f. pl. אֲשִׁישׁוֹת, pl. constr. אֲשִׁישֵׁי; *liba*, spec. qualia ex uvis passis parare solebant 2 Sam. 6, 19. Hos. 3, 1. Cant. 2, 5: 1 Par. 16, 3. — Rad. אשש.

אֶשֶׁךְ m. *testiculus* Lev. 21, 20.

אֶשְׁכֹּל m. pl. אֶשְׁכֹּלוֹת et אַשְׁכְּלוֹת (quasi ab אֶשְׁכֹּלֶת, cf. אַרְמוֹן), suff. אַשְׁכְּלוֹתֶיהָ; *racemus*, Traubenkamm, undè baccæ, acini floresve in uvæ speciem dependent, ut dactylorum Cant. 7, 8, florum cypri 1, 14, maximè de *uvâ*, vel adjectis vocc. הַגֶּפֶן 7, 9, עֲנָבִים Num. 13, 23, 24, vel absol. Jes. 65, 8. Mich. 7, 1. Semel Gen. 40, 10 אֶשְׁכֹּל distinguitur ab עֵנָב *uva* et *racemum* pr. dictum notat. Verba enim הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלוֹתֶיהָ עֲנָבִים vertenda sunt: *et racemi ejus* (vitis) *maturabant uvas* seu baccas uvarum. — 2) n. pr. a) vallis in Palæstinâ meridionali Num. 13, 32, 24. 32, 9. Deut. 1, 24. b) viri Gen. 14, 13, 24. — Rad. שכל, quæ arab. est *ligavit*, *plexuit*.

אַשְׁכְּנַז n. pr. regionis et gentis forsan in Asiâ boreali quærendæ, Gen. 10, 3. Jer. 51, 27.

אֶשְׁכָּר m. f. אֶשְׁכָּרֵךְ; *donum*. Eze. 27, 15. Ps. 72, 10. — Rad. שכר.

אֵשֶׁל m. *nemus*, *lucus* Gen. 21, 33. Cum art. הָאֵשֶׁל *nemus loco cuidam proprium* 1 Sam. 22, 6. 31, 13. Nec obstat quominùs in loco parall. 1 Chron. 10, 12, pro הָאֵשֶׁל ponatur הָאֵלָה, quippè illud rem generatim exprimit, hoc verò speciatim designat. Multi tamen cum Celsio *arborem* in genere intelligunt, alii tamarisii speciem arab. *Athol* dictam. — Etymon latet; possis tamen conferre אֶשְׁרָה permut. litteris ל et ר ut sæpè.

אָשַׁם et אָשֵׁם infin. absol. אָשֹׁם, fut. יֶאְשַׁם 1) *deliquit*, *culpam contraxit* Lev. 4, 13, 22, 27. 5, 2, 3, 4, 17. Jer. 50, 7. Eze. 22, 4. Sunt qui אָשַׁם Hos. 5, 15. Zach. 11, 5. Lev. 4, 22, 23, reddunt: *reum se agnovit*. Sed ubiquè vulgaris signif. retineri potest, modò reddas apud Hos. *donec pœnas dederint* (v. no. 2), apud Zach. *neque pœnas dant*, Levit. *ubi princeps peccavit per errorem..... culpam is contraxit. Ubi vero* (או) *peccatum ejus ei innotuerit*, etc. אָשַׁם h. l. idem est quod נָשָׂא עֲוֹנוֹ 5, 1, 17. — 2) *culpam sustinuit*, *culpæ pœnas dedit* Ps. 34, 22, 23. Jes. 24, 6. Jer. 2, 3. — 3) יָשַׁם et שָׁמַם *periit*, *vastatus est*, de altaribus Eze. 6, 6.

Niph. pl. in pausâ נֶאְשְׁמוּ *pœnas dederunt*, indè *perierunt* de gregibus Joël 1, 18.

Hiph. imp. cum suff. הַאֲשִׁימֵם *pœ-*

Digitized by Google

nas delicti sui fac eos solvere Ps. 5, 11. — Deriv. statim sequntur.

אָשָׁם m. suff. אֲשָׁמוֹ, pl. cum suff. אֲשָׁמָיו; *culpa*, quam quis contraxit Gen. 26, 10. Jer. 51, 5, hinc: 1) *id, quo* (surrepto) *quis culpam contraxit* Num. 5, 7. 8. — 2) *sacrificium pro delicto* 1 Sam. 6, 3 sq. 2 Reg. 12, 17. Jes. 53, 10. Eze. 40, 39. Hæc *sacrificia pro delicto* (אֲשָׁמִים) à *sacrificiis pro peccato* (חַטָּאוֹת), diversa erant, quamquam de discriminis ratione haud satis constat.

אָשֵׁם m. pl. אֲשֵׁמִים; adj. verbale 1) *reus* Gen. 42, 21: 2 Sam. 14, 13. — 2) *sacrificium pro delicto offerens.* Esr. 10, 19.

אַשְׁמָה fem. constr. אַשְׁמַת, suff. אַשְׁמָתוֹ, pl. אַשְׁמוֹת, suff. אַשְׁמוֹתַי; 1) pr. Inf. verbi אָשַׁם, ut הַהֲבָה, יִרְאָה. Lev. 4, 3. 5, 26 (6, 7) — 2) *culpa, delictum* Ps. 69, 6: 1 Par. 21, 3: 2 Par. 24, 18. 28, 10, 13. Am. 8, 14: אַשְׁמַת שֹׁמְרוֹן *culpa Samariæ* pro idolis ejus. — 3) *oblatio hostiæ pro delicto.* Lev. 5, 24 (6, 5).

אַשְׁמַנִּים m. pl. i. q. שְׁמַנִּים *pinguedines*, hinc *arva pinguia*, fertilia (cf. Gen. 27, 28: al. *tenebræ*, sed forsan minùs rectè. Jes. 59, 10. — Rad. שָׁמַן.

אַשְׁמֻרָה, אַשְׁמוּרָה fem. constr. אַשְׁמֹרֶת (semel absol. Jud. 7, 19), pl. אַשְׁמֻרוֹת; *vigilia*, φυλακή, pars noctis, dicta à vigiliis excubiisque militum. Apud veteres Hebræos tres erant vigiliæ (prima seu רֹאשׁ אַשְׁמֻרוֹת Thren. 2, 19, media Júd. 7, 19, tertia אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר Ex. 14, 24: 1 Sam. 11, 11), quatuor in N. T. ex more Romanorum — Rad. שָׁמַר.

אֶשְׁנָב m. suff. אִשְׁנְבִי; *clathri fenestræ* (*jalousies*) Jud. 5, 28. Prov. 7, 6. — Rad. שנב.

אַשְׁנָה n. pr. duorum oppidorum tribûs Juda Jos. 15, 33, 43.

אַשְׁעָן n. pr. oppidi in tribu Juda Jos. 15, 52.

אשף inus. Propr. juxta quosdam *texit, occultavit, recondidit*, undè Syr. *incantavit*, pr. *occultis artibus usus est*, coll. לָאַט et לוּט. Cf. præterea כָּשַׁף. Indè

אַשָּׁף m. undè pl. אַשָּׁפִים; *incantator* Dan. 1, 20. 2, 2.

אַשְׁפָּה f. suff. אַשְׁפָּתוֹ f.; *pharetra*, in quâ sagittæ *occultantur*, sive *reconduntur* Jes. 49, 2, ubi ad hanc vocis originem alluditur. Jer. 5, 16. Ps. 127, 5. Job 39, 23. Thren. 3, 13: בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ *filii pharetræ ejus* i. e. sagittæ.

אַשְׁפְּנַז n. pr. viri Dan. 1, 3.

אֶשְׁפָּר m. 2 Sam. 6, 19: 1 Par. 16, 3. Vulgat. *assatura bubulæ carnis*, ab אֵשׁ *ignis* et פָּר *bos*. Al. est certa (vini potûsve) *mensura*, *calix*, pro שֶׁפֶר cum Aleph prosthet. à rad. שָׁפַר i.q. in æthiop. *mensuravit*, (et coll. סָפַר *numeravit*).

אַשְׁפֹּת pro שִׁפֹּת (Neh. 3, 13) m. sing. ut videtur, pl. f. אַשְׁפָּתוֹת (à sing. אַשְׁפָּתָה vel אַשְׁפֹּת) *fimetum*, *fimus* Thren. 4, 5. Neh. 2, 13. 3, 14. 12, 31. Metaph. de summæ egestatis sordibus 1 Sam. 2, 8. Ps. 113, 7. — Rad. שָׁפַת, quod inuit forma

Digitized by Google

plur. אַשְׁפָּתוֹת, vel אָשַׁף, ut aliis placet.

אַשְׁקְלוֹן n. pr. *Ascalon*, maritima urbs Philistæorum Jud. 1, 18. 14, 19: 1 Sam. 6, 17: 2 Sam. 1, 20. Nomen gent. אַשְׁקְלוֹנִי Jos. 13, 3.

אָשַׁר (cogn. יָשַׁר), imp. pl. אַשְׁרוּ; 1) pr. *rectus fuit*, impr. de viâ. — 2) *recta incessit* et univers. *incessit*. Prov. 9, 6. — 3) *successum habuit*, *prosperavit*, *felix fuit*.

Pih. אִשֵּׁר imp. אַשֵּׁר, fut. יְאַשֵּׁר, part. pl. מְאַשְּׁרִים, constr. מְאַשְּׁרֵי, suff. מְאַשְּׁרֶיךָ 1) *recta duxit*, Prov. 23, 19. Jes. 1, 17: אַשְּׁרוּ חָמוֹץ *ducite* in rectam virtutis viam *oppressorem* (nisi coll. Pub. no. 2 cum vett. intpp. vertendum ῥύσασθε ἀδικούμενον. Vulg. *subvenite oppresso*, pr. *beatum reddite oppressum*), et generatim *duxit* Jes. 3, 12. 9, 15. — 2) intrans. *incessit* Prov. 4, 14. — 3) *felicem prædicavit* Gen. 30, 13. Ps. 72, 17. Prov. 31, 28. Cant. 6, 9. Job 29, 11.

Puh. אֻשַּׁר et אוּשַׁר, fut. יְאֻשַּׁר, part. מְאוּשָׁר, pl. cum suff. מְאוּשָׁרֶיךָ; 1) *ductus est* Jes. 9, 15. — 2) *felix redditus est* Ps. 41, 3. Prov. *redditus est* Ps. 41, 3. Prov. 3, 18. — Deriv. אֹשֶׁר, אֹשֶׁר, אֲשׁוּחַ, אַשּׁוּר, אֲשֵׁרָה, תְּאַשּׁוּר.

אָשֵׁר n. pr. 1) filii Jacob Gen. 30, 15. 35, 26, auctoris tribus cognominis Num. 1, 40, 41. Jos. 19, 24, 31. Nom. gent. אֲשֵׁרִי Jud. 1, 32. — 2) oppidi ab oriente Sichem Jos. 17, 7.

אֲשֶׁר et formâ breviore שֶׁ, שׁ q. v. — 1) pronom. relat. utriusque generis et numeri, *qui*, *quæ*, *quod* et pl. *qui*, *quæ*, *quæ*; de ipsius usu agendum in Syntaxi. Animadv. tantùm— a) אֲשֶׁר sæpè merum esse relationis signum, quod substantivis adverb. et pronom. vim relativam, tribuit, velut אֲשֶׁר אֶת־עָפָר *quem pulverem* Gen. 13, 16. אֲשֶׁר לוֹ *cui* (à לוֹ *ei*), אֲשֶׁר בּוֹ *in quo*, מִמֶּנּוּ *à quo*, אֲשֶׁר לְשֹׁנוֹ *cujus lingua*, אֲשֶׁר־שָׁם *ubi* (à שָׁם *ibi*), אֲשֶׁר מִשָּׁם *undè* (à מִשָּׁם *indè*), atque hanc esse rationem, quâ Hebræi obliquos Relativi casus exprimere solent, exceptis בַּאֲשֶׁר Jes. 47, 12 pro אֲשֶׁר בָּהֶם, et עִם אֲשֶׁר Gen. 31, 32 pro אֲשֶׁר עִמּוֹ *apud quem*. — b) אֲשֶׁר לְ inservire Genitivo circumscribendo, imprimis ubi plures Genitivi ex uno nomine in statu constr. pendent, et ubi ex duobus nominib. constructis, prius indefinitè accipiendum est, ut 1 Sam. 21, 8: אַבִּיר הָרֹעִים אֲשֶׁר לְשָׁאוּל *princeps pastorum Saulis*. Cant. 1, 1: שִׁיר הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *Canticum canticorum Salomonis*. 2 Sam. 2, 8: שַׂר צָבָא אֲשֶׁר לְשָׁאוּל *unus ex ducibus exercitûs Saulis*, nam שַׂר צָבָא שָׁאוּל est *dux unicus* (*le chef*) *exercitûs Saulis*. — 2) conjunct. *quòd*, cf. g. ὅτι, germ. daß, Ex. 11, 7. Lev. 5, 5: 1 Reg. 22, 16. Jes. 38, 7. Esth. 3, 4. Eccl. 5, 4, etc. Quomodò Neutrum Relativi in hanc vim transierit, ex his potissimùm exemplis intelliges Jos. 2, 10: שָׁמַעְנוּ אֵת אֲשֶׁר הוֹבִישׁ יְהוָה אֵת־מֵי יַם־סוּף *cognovimus* id *quod exsiccavit Iehovah aquas maris rubri*. 1 Sam. 24, 11. 19: 2 Sam. 11, 20: 2 Reg. 8, 12. Deut. 29, 15. Jes. 38, 7:

Digitized by Google

hoc tibi signo sit, *quod*, etc. — 3) *ut* (*afin que*) seq. Fut. Gen. 11, 7. 22, 14. Deut. 4, 40. 6, 3. Ruth 3, 1: 2 Reg. 9, 37. Ps. 144, 12. Dan. 1, 8. Plenius לְמַעַן אֲשֶׁר (v. מַעַן) semel אֶת־אֲשֶׁר Eze. 36, 27. — 4) *eò quod*, *quia*, sq. Præt. Gen. 30, 18. 31, 49. 34, 27. Jos. 4, 7. 22, 31: 1 Reg. 15, 5. Eccl. 4, 9, rarò Fut. ubi refertur ad rem incertam 1 Reg. 8, 33. Pleniùs תַּחַת אֲשֶׁר. יַעַן אֲשֶׁר autem commodiùs redditur *nam* Deuteron. 3, 24 (LXX. Vulgat. Syr.), et אֲשֶׁר לָמָה Dan. 1, 10 (coll. שְׁלָמָה Cant. 1, 7) pr. *nam quare?* — 5) *si* Lev. 4, 22: 1 Reg. 8, 31: 2 Par. 6, 29, etc. seq. Fut. Gen. 30, 38. Jos. 4, 21. Jes. 31, 4. Hinc *etsi* Eccl. 8, 12. — 6), *quo tempore*, *quùm*, ὅτε, sq. Præt. Deut. 11, 6: 1 Reg. 8, 9. Ps. 139, 15: 2 Par. 35, 20. — 7) *quo loco*, *ubi*, οὗ, pro אֲשֶׁר שָׁם. Num. 20, 13. Ps. 95, 9. Jes. 64, 10, et pro אֲשֶׁר שָׁמָה *quò*, *quocunque* Num. 13, 27. Ps. 84, 4. Jes. 55, 11. — 8) i. q. כַּאֲשֶׁר *sicut* in protasi Ex. 14, 13 (LXX. ὃν τρόπον). 1 Reg. 8, 24. Sequ. כֵּן Jer. 33, 22. It. *quomodò*, *quo pacto* Job 37, 17. — 9) * i. q. לֵאמֹר *dicendo*, cùm præmittitur orationi directæ (cf. כִּי, arab. *ân*, pers. *khî*, gr. ὅτι), sic 2. Sam. 1, 4, etc. nec non 1 Sam. 15, 19, quamquàm omnes reddunt *immò*.* — Errat, W. Gesenius, cùm ait אֲשֶׁר signum esse apodoseos, nam Deut. 1, 31 sensus est: *in deserto* (est) *quòd vidisti*. 2 Sam. 2, 4 vertend. *viri* (sunt) *Jabès*, *qui sepelierunt Saulem*. 2 Sam. 14, 15: *sed nunc* (est) *quòd veni ad loquendum*. Zach. 8, 23: *diebus illis* (erit) *quòd prehendant*. Tandem Jes. 3, 20: אִם לֹא יֹאמְרוּ כַדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין־לוֹ שָׁחַר, est *nisi ità loquuntur*, *quibus nulla lucebit aurora* et sequitur apodosis vers. 21 וְעָבַר *transibit*. Verùm huic interpretationi maximè favet contextus, nedùm ipsi repugnet. — 10) *adeò*, *immò*, pro pleniore עַד אֲשֶׁר *adeò ut* Job 5, 5. 9, 15. 19, 27. Ps. 8, 2. 10, 6. — 11) præpos. quibus adjicitur, in conjunct. convertit, velut אַחַר אֲשֶׁר *postquam*, עַד אֲשֶׁר *usquè dùm*, etc. Semel אֲשֶׁר præponitur, אֲשֶׁר עַל כֵּן Job 34, 27 i. q. עַל כֵּן אֲשֶׁר *propterea quòd*, *quia*. — Cum Præfixis: a) בַּאֲשֶׁר *ubi*, *ubicunque* Ruth 1, 17. Jud. 5, 27. 17, 9, sq. שָׁם *ibi* Job 39, 30. Plenius בַּאֲשֶׁר־שָׁם Gen. 21, 17, et בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר שָׁם 2 Sam. 15, 21. *et quò*, *quòcumque* 1 Sam. 23, 13: 2 Reg. 8, 1. — b) *eò quod*, *quia* Gen. 39, 9, 23. — c) בַּאֲשֶׁר לְ *propter*, Jon. 1, 8. Contractiùs dicitur בְּשֶׁל ib. 7, 12. כַּאֲשֶׁר v. sub כְּ. — מֵאֲשֶׁר *eò quod* Jes. 43, 4. — De origine אֲשֶׁר statuit nunc tandem W. Gesenius, illud pariter atque reliqua pronomina relativa antiquitùs vim demonstrativam habuisse videri: suamque opinionem haud infelici conatu adstruere tentat in *Lex. Man.* pag. 109, 111, 112.

אֹשֶׁר m. *felicitas*, sed interject. evasit. Hinc pl. constr. אַשְׁרֵי הָאִישׁ pr. *ô felicitates viri* i. e. *ô felicem vi-*

rum! Ps. 1, 1. 2, 12. 32, 1, 2. 33, 12. — Ps. 65, 5: אַשְׁרֵי תִבְחַר *felix* est, quem *diligis*. Cum suff. אַשְׁרֶיךָ *ô te felicem!* Deut. 33, 29. אַשְׁרֵיךָ (pro אַשְׁרַיִךְ) Eccl. 10, 17, אַשְׁרֶיךָ Prov. 14, 21, et אַשְׁרֵהוּ (pro אַשְׁרֵיהוּ) Prov. 29, 18, אַשְׁרֵיכֶם Jes. 32, 20. Cf. græc, et lat. τρισμακάριος, τρισόλβιος, τρισευδαίμων, *terque*, *quaterque beatus*.

אֹשֶׁר id. suff. אָשְׁרִי *felicitas mea* Gen. 30, 13.

אַשְׁרְאֵלָה n. pr. viri 1 Par. 25, 2, quod ver. 14 יְשַׁרְאֵלָה scribitur.

אֲשֵׁרָה f. rarò אֲשֵׁרָה, pl. אֲשֵׁרִים, f. אֲשֵׁרוֹת, suff. אֲשֵׁרֵיהֶם; *nemus*, *lucus*, ut volunt plærique post Vulgat. Sed quibusdam est propr. *fortuna* i. e. in Phœnicum Aramæorumque religionibus *Astarte* seu *stella Veneris*, alibi עַשְׁתֹּרֶת dicta Baalis, socia et conjux (cf. Jud. 3, 7: 1 Reg. 18, 19: 2 Reg. 23, 4.) *ejusque simulacrum*, in Plur. *simulacra Astartes* et fort. universim *idolorum simulacra*, certæ saltem speciei. — * Etsi non paucis in locis, *luci* significatio contextui minimè sit apta, in quibusdam tamen, prout videtur, congrua omninò est, velut Ex. 34, 15. Deut. 7, 5. 16, 21: 2 Reg. 18, 4. 23, 14: 2 Par. 14, 2. 31, 1. Neque sufficit ad hunc significatum eliminandum quòd אֲשֵׁרָה copuletur cum מַצֵּבָה aut פֶּסֶל, quippè de pluribus valdè distinctis oratio esse potest, vel cum עָשָׂה, שָׁבַר, etc., quia verba hæc ut alia benè multa à suâ primariâ significatione plusquàm semel paululum recedunt. Quapropter visum est אֲשֵׁרָה duplici significatu gaudere, *luco* nempè et *Deâ Astarte*.*

אָשַׁשׁ, הִתְאוֹשֵׁשׁ v. sub rad. אִישׁ p. 32.

אֶשֶׁת v. אִשָּׁה.

אֶשְׁתָּאל n. pr. urbis Danitarum Jos. 15, 33. 19, 41. Jud. 13, 25, 16, 31. Nom. Gent. אֶשְׁתָּאֻלִי 1 Par. 2, 53.

אֶשְׁתּוֹן n. pr viri 1 Par. 4, 11, 12.

אֶשְׁתְּמֹה Jos. 15, 50. et אֶשְׁתְּמוֹעַ n. pr. urbis Levitarum in montanis Judæ Jos. 21, 14: 1 Sam. 30, 28: 1 Par. 4, 17, 19. 6, 42.

אַתְּ i. q. אַתָּה *tu* q. v.

אַתְּ f. cum accentu dist. אָתְּ pron. pers. 2 pers. *tu*, sexcenties. Jungitur masculinis Num. 11, 15. Deut. 5, 24. Eze. 28, 14.

אֶת sq. Makkeph אֶת־, suff. אֹתִי, אֹתְךָ, in Pausâ אֹתָךְ, אֹתָהּ, אֹתוֹ, אֹתָנוּ, (quæ cuncta non minus freq. plenè leguntur), אֶתְכֶם, rarò אוֹתְכֶם Jos. 23, 15, אֹתָם, אֹתָן, אֹתָנָה Ex. 35, 26, rarius אֶתְהֶם Gen. 32, 1, אוֹתְהֶם Eze. 23, 45, אוֹתְהֶן ver. 47. — 1) pr. pron. demonst. αὐτός, *ipse*, Gen. 1, 1: אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *cœlum hoc et terram istam qualia nunc videmus*. Jer. 38, 16. Dan. 3, 13, etc. —Not. a) *reflexivè* poni, אֹתוֹ ἑαυτόν, אֹתָם ἑαυτούς. Eze. 34, 2: *væ pastoribus* אֲשֶׁר הָיוּ רֹעִים אֹתָם *qui se ipsos pascunt* i. q. נַפְשָׁם. Ver. 8. 10. Jer. 7, 19. Num. 6, 13. b) Apud Eze. adeo quater sine sequente nomine legit pro αὐτό *id*, *ipsum*, cum alibi nomen vel suffixum requirat. Eze. 43,

Digitized by Google

אֶת מְקוֹם כִּסְאִי וְאֶת מְקוֹם כַּפּוֹת : 7 רַגְלַי *hic* (αὐτὸ) *est locus solii mei et hic locus plantarum mearum.* Eze. 47, 17, 18, 19, cf. ver. 20, ubi זאת eodem contextu. — 2) paulatim verò de vi suâ primitivâ multùm remisit, ità ut nominib. et pronominib. præmissum vim demonstr. vix augeret : אֶת הַדָּבָר i. q. gall. *la chose.*— Creberrimè objecto propositionis præ*positum est*, undè abiit in particulam quæ *accusativum* notaret. Jam verò *accus.* notat. a) quoties jungitur verbis activis, b) quandò etiam construitur cum verbis passivis, quamquàm ibidem per nominativum commodiùs vertitur Gen. 17, 5. 21, 5. Ex. 10, 8, etc. His in locis verbum impers. explanandum est, haud secus ac in Num. 32, 5: יִתֵּן אֶת הָאָרֶץ *datur terra* (pr. *terram*), gall. *on donne la terre*: et Hos. 10, 6: גַּם אֹתוֹ לְאַשּׁוּר יוּבָל *etiam ipse* (pr. *ipsum* sc. vitulum) *in Assyriam deportabitur.* Nominativum fortassè denotat, quandò verbis neutris jungitur, velut Jos. 22, 17: 1 Sam. 17, 34: 2 Sam. 11, 25: 2 Reg. 6, 5, quamquàm ferè ibidem non absonè accus. saltem adverbialiter sumptus intelligeretur. Frequentatur autem אֶת hunc in modum antè Substantiva articulo (אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ Gen. 1, 1, cf. אֶרֶץ וְשָׁמַיִם 2, 4) aut addito Genitivo aut Suffixo definitis (Esth. 9, 14. Ruth 2, 15), it. ante nomina propria (Jon. 2, 1), longeque frequentius in sermone pedestri legitur, quam in poëtico. Tria tantùm occurrerunt exempla vocabuli nostri nominibus etiam non determinatis præmissi, duo (Prov. 13, 21. Eze. 43, 10), ubi sententia definita est, unum (Ex. 21, 28), non est.

אֵת sq. Makkeph אֵת־, suff. אִתִּי, אִתְּךָ, in Pausâ et in fem. אִתָּךְ, אִתּוֹ, אִתָּם, אִתְּכֶם, אִתָּנוּ, rariùs et in libris potissimùm Jos. Reg. Jer. et Eze. אִתָּךְ, אִתָּהּ, אִתָּם (ita ut cum אֵת nota accus. confusum videatur); præp. signif. 1) *apud*, *prope* Gen. 19, 33. Lev. 19, 13. Job 2, 13, etc. אֵת־פְּנֵי ס׳ *coram aliquo* Ps. 16, 11. 140, 14. et sic forsan Ps. 67, 2. — Not. Gen. 30, 29: *te non fugit, qualis factus est grex tuus* אִתִּי *apud me* i. e. me pastore eumque curante, cf. 39, 6: *nullius rei curam gerebat* אִתּוֹ *i. e.* dùm Josephum habebat οἰκόνομον, ver. 8. — 2) *penes* Deut. 8, 5. Job 14, 5. Ps. 38, 11. *Ellipticè* dicitur pro מֵאֵת Gen. 49, 25, ubi ex anteced. repetendum מִן. — 3) *cum*, de societate Gen. 6, 13. 43, 16. Jud. 1, 16. Jer. 51, 59, de affinitate 1 Reg. 3, 1, fœdere Gen. 15, 18, de auxilio Gen. 4, 4. Jer. 1, 8. 15, 20. Dr. loqui *cum* aliquo 1 Reg. 8, 15, nec non pugnare, bellum gerere *cum* aliquo (ubi אֵת reddi potest *contra*) Gen. 14, 9: 1 Par. 20, 5. Prov. 23, 11. הִתְהַלֵּךְ אֶת־יְהוָה *ambulavit cum Deo* Gen. 5, 24 i. e. vitam degit Deo placentem עָשָׂה חֶסֶד אֶת־פ׳ *benignè egit cum aliquo* Zach. 7, 9 cf. Ruth 2, 20: 2 Sam. 16, 17. — De Ex. 1, 14, vid. quæ dixi in *Le Pentateuque*, etc. Exode, p. 8;

Digitized by Google

adde tamen quod me fugerat, voc. אֵת à W. Gesenio in *præter* conversum fuisse in hoc loco nec non 1 Reg. 11, 1, 25. Sed minùs rectè prout videtur. — מֵאֵת vid. sub מִן.

אֵת m. suff. אֶתוֹ, pl. אֵתִים et אֶתִים, suff. אֶתֵיכֶם; *ligo* cum Symmacho, Vulgat. et interp. hebr. etsi sit vomer aratri juxta plurimos veter. interp. 1 Sam. 13, 20. — Etymon latet.

אֶתָּא vid mox אֶתֶּה.

אֶתְבַּעַל n. pr. viri 1 Reg. 16, 31.

אֶרְהָ et אֶתָּא, propriè Chald. est, undè et hujus linguæ formam imitatur, et nonnisi poëticè ab Hebr. usurpatur; præt. pl. אֶתְנוּ (pro אֶתָּאנוּ) fut. יֵאֶתֶה, pl. יֵאֶתְיוּ contrac. et def. וַיֵּתֶא, תֵּאתֶה et וַיַּאת (pro וַיֵּאָתֶה) imp. pl. אֶתְיוּ (pro אֶתָּיוּ) — 1) *venit* Deut. 33, 2, 21. Jer. 3, 22. Mich. 4, 8. Prov. 1, 27, etc. Part. pl. fem. הָאוֹתִיּוֹת *res venturæ* i. e. futuræ Jes. 41, 23, 44, 7. 45, 11. — 2) *evenit* alicui, *supervenit, accidit* (malum) Job 3, 25. — 3) *ivit, transiit.* Job 16, 22.

Hiph. *attulit.* Præt. pl. הֵתִיוּ (pro הֵאֵתִיוּ) Jes. 21, 14, et eadem forma pro Imp. Jer. 12, 9.—Deriv. אֵיתוֹן.

אֶרְהָ pro אֲנַתָּה ut habent Chald. Syr. Arab. et Ethiop. Cum accentu distinct. אַתָּה Gen. 3, 11. 4, 11. 27, 32, et quinquies in Chethib אַתְּ 1 Sam. 24, 19. Ps. 6, 4. Eccl. 7, 22. Job 1, 10. Neh. 9, 6. pron. sing. m. *tu.* In casibus obliq. *tui, tuus* 1 Reg. 21, 19, *te* Prov. 22, 19.—Vid. Grammat.

אָתוֹן f., suff. אֲתֹנוֹ, pl. אֲתֹנוֹת; *asina* Gen. 12, 16. 32, 16. 49, 11. Num. 22, 23 sq. — Rad. אתה ut vulgò, sed quibusd. est אתן i. q. in arab. *contracto brevique passu incessit, stetit, constitit: sic asina* Ovidio *lentè gradiens* dicitur.

אַתּוּק Eze. 41, 15 in Chethib pro אַתִּיק q. v.

אַתִּי i. q. אַתְּ pron. sing. f. *tu.* Quanquam in V. T. rara est hæc forma (septies tantum legitur in Chethib 1 Reg. 14, 2. 2 Reg. 4, 16. 23. 8, 1. Jud. 17, 2. Jer. 4, 30. Eze. 36, 13, et totidem Masoretharum ἀκρισία sublato Jod reposuit אַתְּ, ita ut in textu apparent אַתִּי), tamen non dubitandum, quin genuina sit atque adeò primaria et antiquior, quam postea negligentior vulgi pronuntiatio decurtavit in אַתְּ. Jod in fine additum sexus muliebris nota est, ut in תִּקְטְלִי.

אַתַּי n. pr. viri 2 Sam. 15, 19. 22. 18, 2. it. alterius 2 Sam. 23, 19, quod et אִיתַּי scribitur.

אַתִּיק m. plur. אַתִּיקִים, suff. fem. אַתִּיקֵיהָא, cum א pleonast. in fine; Chethib habet אתוקיהא; Eze. 41, 15, 16. 42, 5, 5 genus quoddam columnarum (v. imprim. 42, 5 coll. 6). LXX. Vulgat. Cap. 42: περίστυλον, *porticum* reddunt.—Rad. אתק.

אַתֶּם pron. pl. m. *vos* feminino jungitur Eze. 13, 20. Ortum est ex אַתָּה q. v. addito ם, multitudinis notâ.

אֶתֶם n. pr. loci in deserto arabico ubi castrametati sunt Israëlitæ Ex. 13, 20. Num. 33, 6.

אֶתְמוֹל et אֶתְמוּל, semel אִתְּמוֹל 1 Sam. 10, 11 i. q. תְּמוֹל cum Aleph

Digitized by Google

prosth. adv. 1) *heri* 1 Sam. 4, 7. 14, 21. 19, 7. Ps. 90, 4. — 2) *pridem*, *anteà* Jes. 30, 33. Mich. 2, 8.

אַתֵּן pro אֵיתֵן q. v.

אַתֵּן pron. pl. f. *vos* Eze. 34, 31, ubi alii codd. אַתֶּן. Cum ה parag. אַתֵּנָה Gen. 31, 6. Eze. 13, 11, 20. 34, 17, et ibid. 13, 20 אַתֵּנָה ad analogiam formarum הֵנָּה, הֵמָּה. Noun n fine, æquè ac Mem, est multitudinis nota, maximè in fem.

אֶתְנָה f. *merces*, spec. meretricia Hos. 2, 14 (11). — Rad. תָּנָה.

אֶתְנִי n. pr. viri 1 Par. 6, 26.

אֶתְנַן Eze. 16, 34, 41 et אֶתְנָן m. constr. אֶתְנַן suff. אֶתְנַנָּהּ; pl. cum suff. אֶתְנַנֶּיהָ; 1) *quæstus meretricius* absol. Eze. 16, 31. 34, et adjecto זוֹנָה Deut. 23, 19. Metaph. de agrorum proventu, *quem ab idolis acceptum referebant idololatræ* Hos. 9, 1. Mich. 1, 7, cf. Jes. 23, 17, 18. — 2) n. pr. viri 1 Par. 4, 7. — Rad. תָּנָה.

אֲתָרִים n. pr. loci ab Austro Palæstinæ. Num. 21, 1: דֶּרֶךְ אֲתָרִים *in viâ quæ Atharim ducit*.

ב

ב Secunda alphabeti littera hebraicè בֵּית *Beth* sonans; in numeralibus valet *duo*. — Quod ad *permutationem* ejus attinet, ב transit interdùm in alias litteras, labiales, quod quidem patet, ubi aliæ ling. semiticæ conferuntur.

בְּ, antè monosyllaba passim בַּ (vide Grammat.), suff. בִּי; בְּךָ, rarò בְּכָה Ps. 114, 8, in Pausâ et fem. בָּךְ; בּוֹ, בָּהּ; בָּנוּ; בָּכֶם, בָּכֶן; בָּהֶם, בָּהֶן f. בָּהֵן; pr. *in* cum ablat. gr. ἐν, et dicitur Spec. pr. a) de loco Ex. 7, 16. 2 Reg. 4, 40. Thren. 3, 53, etc. — b) de tempore Gen. 1, 1. Jud. 10, 8. etc. — c) de conditione, in quâ versamur Lev. 4, 2. Num. 35, 20: 1 Sam. 29, 7, etc. — d) de fonte, origine et materiâ, undè aliquid hauritur, fit, egreditur, ut in formulâ: *bibere in poculo* i. e. bibere quæ poculo insunt, pro *ex poculo* (ut gall. *boire dans une tasse*, gr. ἐν χρυσῷ, ἐν ποτηρίοις πίνειν Xenoph. Anab. VI, 1 §. 4) Gen. 44, 5. Am. 6, 6. it. 2 Par. 9, 18: כֶּבֶשׂ בַּזָּהָב *scabellum ex auro*. Ex. 38, 8. Lev. 13, 52: 1 Reg. 7, 14. Eze. 7, 20. Metaph. יָדַע בְּ *cognovit ex aliquâre* Ex. 7, 17. — 2) *inter* Deut. 4, 27: 2 Sam. 15, 31, etc. Indè nonnullis verbis copulatum hæc nonnisi ad partem prædicati referri declarat, ut הִכָּה בְּ *percussit* (plures) *ex iis*, stragem hostibus intulit (divers. ab הִכָּה cum acc. *percussit eos*) 2 Sam. 23, 10, הָרַג בְּ Ps. 78, 31 cf. נָשָׂא בְּ Job 7, 13. — 3) *intra* de loco Ex. 20, 10. Jes. 56, 5, de tempore Dan. 11, 20. Eccl. 11, 1, et quidem jam absoluto Num. 28, 26. — 4) *in* cum acc., *ic*, angl. *into* Gen. 19, 8. Lev. 16, 22. Deut. 7, 20, etc., *inter* cum acc. Deut. 4, 27: 1 Reg, 11, 2. — 5) *ad*, *apud* 1 Sam. 29, 1. Eze. 10, 15. Lev. 25, 53. — 6) *coram*, *ante* Gen. 23, 18 pleniùs בְּעֵינֵי, בְּאָזְנֵי, בְּפָנֵי. — 7) *in* pro *super* Num. 14, 10: 1 Reg. 8, 9. Jes. 66, 20. — *ad* cum motu ad

Digitized by Google

locum Gen. 11, 4: *turris* רֹאשׁוֹ בַשָּׁמַיִם *cujus caput cœlum attingat.* מַשְׁתִּין בַּקִּיר *mingens ad parietem* 1 Reg. 16, 11. Indè frequentatur post verba et nomina attingendi adhærendi, adeundi, interrogandi, adoriendi, adprehendendi, inclinationis et affectus, quæ cuncta latinè cum particulis, *ad*, *in* componuntur. Quùm בְּ hoc significatu sit *transeundi* particula, nonnullis verbis vim transitivam, atque adeo causativam tribuit, quæ alibi conjugatione Hiphil exprimitur, ut videre est in נָשָׂה et עָבַד. Spec. בְּ hoc sensu a) verbis videndi, audiendi, olfaciendi, ubi iis postponitur, immorationem quamdam inesse vindicat, ac proindè iisdem adjungit notionem voluptatis, doloris, etc. (v. רָאָה, חָזָה, חִבִּיט, שָׁמַע, חֵרִיחַ). b) in juramentis præponitur pers. vel rei, *per* quam i. e. *ad* quam conversi juramus Gen. 21, 23. 22, 16, vel diris devovemus 1 Sam. 17, 43. — 8) *in* pro *super* cum accus. Lev. 20, 9: 1 Reg. 2, 44. Et ita post verba calcandi, regnandi, innitendi, etc.—9) *in* pro *contra*, *adversus* Gen. 16, 12: 2 Sam. 24, 17. Ita post verba pugnandi, irascendi, perfidè agendi. — 10) *cum* a) de societate. Num. 20, 20: בְּעַם כָּבֵד *cum populo multo.* Jes. 8, 16: בְּלִמֻּדָי *cum cultoribus meis* i. e. adhibitis cultoribus meis. 1 Reg. 10, 2, etc. Cf. Gen. 32, 11. Ex. 8, 1, 13. Jes. 7, 24. b) de auxilio Jes. 26, 13. Ps. 44, 10, etc. c) Substantivis attributa, maximè virtutes et vitia, significantibus præmissum inservit adverbiis circumscribendis, ut בְּחִפָּזוֹן *cum festinatione*, *festinanter* Ex. 12, 11, בְּתֻמִּים *cum integritate*, *integrè*, בְּאַשְׁרִי *cum felicitate meâ* i. e. *feliciter* Gen. 30, 15. Ps. 29, 4: *vox Dei* est *cum robore* i. e. *robore prædita.* — 11) Usurpatur de instrumento, ubi latinè Ablativo utimur, ut בְּחֶרֶב *gladio* Jos. 10, 11, בְּרַגְלַיִם *pedibus* Eze. 34, 18, etc. de intercessore (lat. *per*) ut בְּמֹשֶׁה *per Mosen*, בְּיַד מֹשֶׁה *per manum Mosis;* it. de causâ efficiente ut *deficere fame* (בְּרָעָב) Thren. 2, 19, *igne* (בָּאֵשׁ) *cremare* Lev. 8, 32, *jussus est à Deo* (בִּיהוָה) Num. 36, 2, בַּיהוָה, בַּבַּעַל הִתְנַבֵּא, *per Deum*, *per Baalem vaticinatus est* i. e. Deo, Baale inspirante, it. post passivum Num. 36, 2. Jes. 45, 17. — 12) *cum* pro *licet*, בְּכָל־זֹאת *cum omnibus istis* i. e. his non obstantibus, nihilò minus Jes. 9, 11, 16, 20. 10, 4. 47, 9. Job 1, 22. Num. 14, 11. Vicina est formula בְּזֹאת *hoc concesso* i. e. *eâ lege* Gen. 34, 22: 1 Sam. 11, 2. — 13) *pro* de pretio, præmio et permutatione ut lat. *loco* et *pro* pro *ante*, germ. anſtatt et für pro vor et vice versâ. Gen. 29, 18, 20, 27. Deut. 19, 21. Jes. 7, 23. Eccl. 4, 9, etc. — 14) *propter* Gen. 18, 28: 2 Reg. 14, 6. Jon. 1, 14.—15) *de*, gall. *au sujet de* 1 Reg. 5, 22, maximè post verba gaudendi, audiendi, sciendi et imprimis loquendi. — 16) *juxta*, *secundum* Gen. 1, 26. Num. 31, 11. בְּדֶרֶךְ *ad modum*, *ad morem* Jes. 10, 24, 26. Amos 4, 10. —Winero (Le-

Digitized by Google

xic. hebr. p. 109) lubens assentior quùm ait Rosenmüll. ad Ps. 11, p. 947 et Gesen. ad Jes. 11, p. 78 non satis probabiliter præcipere, בְּ passim poni pro כְּ *sicut*; nam Hos. 10, 15 sensus est: *evanescet prorsus cum aurorâ* i. e. citò (cf. Ps. 37, 20 בְּעָשָׁן *cum fumo*), Ps. 39, 7: *homo vivit in imagine*, i. e. homo nihil nisi umbram præ se fert, et Jes. 48, 10: *purgavi te, sed non in argento*, i. e. *argento* non adhibito. — Not. substantiv. quibus præfigitur *effici* quandoque adject. Ps. 90, 4: *vigilia in nocte*, i. e. *vigilia nocturna*, et ita Ps. 29, 4.—* Haud aliter expediri possunt plura exempla *quibus Beth essentiæ*, seu pleonasticum inesse volunt Ex. 32, 22. Eccl. 7, 14. Prov. 3, 26. Sed Jes. 26, 4: כִּי בְיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים sensus est *nam in Jâh Jehovâ est petra æterna*, ad quam scilicet confugiendum est vobis. Nec satis video, quid sibi velit Geseniùs, cùm vertit (Lexic. hebr. p. 122): *nam Jâh* (i. e. *æternus sibi constans*) *est Jehova* præter quamquòd hæc explicatio nullo modo congruit cum iis quæ immediatè præcedunt. Ps. 68, 5: בְיָהּ שְׁמוֹ verte *in Jâh est virtus* seu *potentia ejus* (cf. quæ dixi in *Le Pentateuque*, etc. Exode, not. in יהוה שמו, p. 118). Hos. 13, 9, cum Gesenio: שִׁחֲתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ Vulgat. quidem reddit: *perditio tua, Israël: tantummodò in me auxilium tuum*, sed coll. 7, 13 interpretandum: *id perdidit te, Israël, quòd contra me, auxiliatorem tuum* fuisti seu rebellasti. 1 Reg. 13, 34 redde: *eamque ob causam* (בַּדָּבָר הַזֶּה) *in culpam incidit domus Jeroboami*. Esr. 3, 3: כִּי בְאֵימָה עֲלֵיהֶם *nam in terrore erant propter seipsos*. 1 Par. 9, 33: עֲלֵיהֶם בַּמְּלָאכָה *iis incumbebat* esse *in opere*. At in 7, 23: כִּי מְרֻעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ *quia calamitas fuerat in domo ejus*, בְּ est verè pleonast. — Sq. infinit. בְּ circumscribit Gerundium, ut בְּשָׂחֹק *in ridendo* Prov. 14, 13, et vulgò conjunctionibus exprimitur, *dùm* Num. 35, 19. Prov. 30, 32. Cant. 5, 6. Esth. 2, 8. *quùm*, Gen. 33, 18. Ex. 3, 12. Jes. 20, 1. Job 42, 10. *eo quod* 2 Paral. 28, 6. *si, etsi, licet* Jes. 1, 15. Ps. 46, 3. — Quod ad etymon attinet probabilis est vetus Grammaticorum opinio, בְּ decurtatum esse ex בַּיִת *in domo, in* (ut לְ ex אֶל, מִ ex מִן).

בְּאָה f. *introitus* Eze. 8, 5.—Rad. בוא.

בָּאַר pr. ut. in Arab. *fodit*, spec. puteum, foveam. Vicina sunt בָּרַר, בּוּר.

Pih. בֵּאֵר, imper. בָּאֵר, infin. בַּאֵר Deut. 27, 8, (ubi alii legunt בָּאֹר); 1) *insculpsit* litteras lapidi, sq. עַל Deut. 27, 8. Hab. 2, 2. — 2) *explicavit*, *declaravit*, pr. eruit sententiam, erutamque exposuit. Deut. 1, 5. — Deriv. statim seq.

בְּאֵר f. suff. in pausâ בְּאֵרֶךָ; pl. בְּאֵרוֹת constr. בַּאֲרוֹת, 1) *puteus* Gen. 24, 11, Prov. 5, 15, etc. sæpè pleniùs בְּאֵר מַיִם חַיִּים Gen. 21, 19, 26, 19. Distinguitur à fonte (עַיִן) in terræ superficie vel è rupe effluente: potest tamen *puteus* (בְּאֵר) etiam *fons* (עַיִן) vocari v. Gen. 16, 7 coll. 14.

Digitized by Google

24, 11, 13, 16. De puteis bituminis Gen. 14, 10.—2) *fovea* Ps. 55, 24. 69, 16. — 3) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 21, 16—18, probab. idem ac qui Jes. 15, 8 plenius vocatur בְּאֵר אֵלִים *puteus heroum*. it. oppidi Palæstinæ Jud. 9, 21.

בְּאֵר לַחַי רֹאִי n. pr. putei in finibus australibus Palæstinæ Gen. 16, 14. 24, 62. 25, 11.

בְּאֵר שֶׁבַע n. pr. oppidi in australibus Palæstinæ finibus Gen. 21, 31. 26, 33. Jud. 20, 1, etc.

בְּאֵרָא n. pr. viri 1 Par. 7, 37.

בְּאֵרָה n. pr. viri 1 Par. 5, 6.

בְּאֵרוֹת n. pr. oppidi inter Jerusalem et Sichem Jos. 9, 17. 18, 25: 2 Sam. 4, 2. Esr. 2, 25. Neh. 7, 29. Nom. gent. בְּאֵרֹתִי 2 Sam. 4, 2. 23, 37, et contrac. בֵּרֹתִי 1 Par. 11, 39. Cf. infrâ בֵּרֹתַי.

בְּאֵרוֹת בְּנֵי יַעֲקָן nom. pr. stationis Israelitarum in deserto Deut. 10, 6, in loco gemino Num. 33, 31 ellipt. בְּנֵי יַעֲקָן.

בְּאֵרִי nom. pr. viror. Gen. 26, 34. Hos. 1, 1.

באר m., pl. בארות; i. q. בור, quod usitatius est, *cisterna* Jer. 2, 13 et in Chethib 2 Sam. 23, 15, 16, 20, ubi Keri et 1 Par. 11, 17, 18, 22 בור.

בָּאַשׁ fut. יִבְאַשׁ *fœtuit* Ex. 7, 18, 21. 8, 10. 16, 20. Jes. 50, 2.

Niph. נִבְאַשׁ *fœtidus* et metaph. *invisus, odiosus factus est*, 1 Sam. 13, 4: 2 Sam. 10, 6. 16, 21, cf. Gall. *Être en bonne, en mauvaise odeur.*

Hiph. הִבְאִישׁ, infin. abs. הַבְאֵשׁ, cum suff. הַבְאִישֵׁנִי, fut. יַבְאִישׁ 1) *fœtidum reddidit* Eccl. 10, 1 et metaph. *odiosum reddidit* Gen. 34, 30. Pleniùs Ex. 5, 21: הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ *fœtidum fecistis odorem nostrum* i. e. in invidiam vocastis nos. — 2) intrans. *fœtuit* Ex. 16, 24. Ps. 36, 38, 6, metaph. *odiosus fuit* 1 Sam. 27, 12. —* Prov. 13, 5: *sermones falsos odit justus* וְרָשָׁע יַבְאִישׁ וַיַּחְפִּיר *ac improbus fœtere facit* (eos) *atque ignominiâ afficit*, i. e. improbus autem mendacia effutiendo spargit fœtidam diffamationem et ignominiam. Quibusdam הִבְאִישׁ est hîc *malè egit* collat. Syrio idiomat., sed minùs rectè. Gesenius (Lexic. hebr. p. 124) וַיַּחְפִּיר vertit *et turpiter agit*, sed inferiùs (p. 360) transit. tribuit sensum *pudefaciendi, ignominiâ afficiendi.**

Hithp. הִתְבָּאֵשׁ *seipsum odiosum fecit* 1 Par. 19, 16. — Derivata sequuntur.

בָּאֹשׁ (*beosch*) m. suff. בָּאְשָׁם בָּאְשׁוֹ *fœtor* Amos 4, 10, Joël 2, 20. Jos. 34, 3.

בְּאֻשִׁים m. pl. uvæ *malæ*, acidæ et immaturæ, *labruscæ*, ut optimè Vulgat. Jes. 5, 2, 4. Alii *aconitum, napellum* sed malè intelligunt.

בָּאֻשָׁה f. *herba fœtida et mala* Job 31, 40.

בָּבָה (pro נְבָבָה, נְבָאבָה) f. pr. *cavitas, foramen*, hinc constr. בָּבַת עַיִן *pupilla oculi* Zach. 2, 12. — Rad. נָבַב.

בֶּבַי n. pr. viri Esr. 2, 11. 8, 11. Neh. 7, 16.

בָּבֶל nom. propr. *Babel, Babylon*,

Digitized by Google

urbs Asiæ, celeberrima ad Euphratem sita, quæ Babyloniæ metropolis fuit Gen. 10, 10. 11, 9: 2 Reg. 17, 24, 20, 12 sq. Mich. 4, 10, etc. Item *Babylonia* provincia Ps. 87, 4. 137, 1. Jes. 14, 4, undè sæpè מֶלֶךְ בָּבֶל *rex Babyloniæ*, quod quidem nomen etiam Persiæ regibus tribuitur, ut Cyro Esr. 5, 13, Artaxerxi Neh. 13, 6, cf. אַשּׁוּר.

בַּג vox persica *cibum* designans, in composito פַּתְבַּג (q. v.) obvium, prætereà Ezech. 25, 7 Chethib: וּנְתַתִּיךְ לְבַג לַגּוֹיִם *et dabo te cibum populis*. Attamen rectius cum omnibus Verss. antiquis legeris לְבַז *in prædam*, quod commendant similes formulæ Jer. 15, 13, 17, 3, maximè Eze. 26, 5. 34, 28.

בָּגַד part. act. בּוֹגֵד, f. בֹּגֵדָה, pl. m. בֹּגְדִים, *inf. abs.* בָּגוֹד, constr. בְּגֹד, suff. בִּגְדוֹ, fut. יִבְגֹּד, semel יִבְגַּד (Mal. 2, 10) pr. *texit*, indè 1) *tectè, fraudulenter perfidè egit*. Ponitur absol. 1 Sam. 14, 33. Job 6, 15, sæpius sq. בְּ pers. *perfidè deseruit* Ex. 21, 8. Jud. 9, 23. Hos 5, 7. 6, 7, etc. raro sq. מִן Jer. 3, 20, et acc. Ps. 73, 15. Part. בֹּגְדִים *qui perfidè* à Deo *defecerunt impii* (LXX. παράνομοι). Prov. 2, 22. 11, 3, 6. 13, 2, 15. Ps. 25, 3. 59, 6. Jer. 9, 1. — 2) *oppressit, afflixit, rapuit* i. q. גָּזַל, עָשַׁק. Jes. 21, 2. 24, 16. 33, 1. De petulantiâ Hab. 2, 5. — Deriv. seq.

בֶּגֶד m. (f. Lev. 6, 20) in pausâ בָּגֶד, suff. בִּגְדִי, בִּגְדוֹ, pl. בְּגָדִים, constr. בִּגְדֵי, suff. בִּגְדֶיךָ, f. cum suff. בִּגְדוֹתֶיךָ; 1) *stragula, pannus*, quo aliquid involvitur Num. 4, 6 — 13, de stragulis lecti 1 Sam. 19, 13: 1 Reg. 1, 1. — 2) *vestis* Gen. 39, 12, etc. 1 Reg. 22, 10. Ps. 45, 9, etc. — 3) *perfidia* Jer. 12, 1. — 4) *rapina* Jes. 24, 16.

בִּגְדוּת f. pl. *perfidiæ* Soph. 3, 4.

בָּגוֹד m. בָּגוֹדָה f. adj. *perfidus* Jer. 3, 7, 10.

בִּגְוַי n. pr. viri Esr. 2, 2, 14. 8, 14. Neh. 7, 19.

בִּגְתָא nomen propr. viri Esther 1, 10.

בִּגְתָן id. Esth. 2, 21, et בִּגְתָנָא 6, 2.

בַּד m. 1) pr. *separatio, res separata*. Ex. 30, 34: בַּד יִהְיֶה בְּבַד *separatio erit cum separatione*, i. e. quodque aromatum seorsum præparabitur; sed alii aliter (cf. quæ dixi in *Le Pentateuque*, etc. Exode, p. 216). Plur. בַּדִּים spec. *partes corporis* i. e. *membra* Job 18, 13. 41, 4, arboris i. e. *rami* Eze. 17, 6. 10, 14, indè *vectes* Ex. 25, 13 sq. Num. 4, 6 sq. Metaph. *vectes urbis* de principibus Hos. 11, 6. — In Sing. cum præf. לְבַד a) adv. *separatim, seorsum*, gall. *à part*. Ex. 26. 9. 36, 16. Sæpè hoc significatu additur suff. Gen. 21, 28: *collocabat Abrahamus septem agnos* לְבַדְּהֶן *separatim*. 30, 40. 32, 17. 45, 32, etc. Frequentius b) לְבַד cum suffix. est i. q. *solus, a, um*. Unde לְבַדִּי *solus ego*, לְבַדְּךָ *solus tu*, לְבַדּוֹ *solus ille*, לְבַדָּם *soli illi*, etiam post casus obliquos, ut לְךָ לְבַדְּךָ *tibi soli* Ps. 51, 6, צִדַּקְתְּךָ לְבַדֶּךָ pr. de *justitia*

Digitized by Google

tui, *tui solius* i. e. *tua solius justitia* Ps. 71, 16. c) *solùm*, *tantummodò* Jes. 26, 13. Eccl. 7, 29. d) sq. מִן abit in præp. *præter* Ex. 12, 37. Num. 29, 39. Jos. 17, 5, sq. עַל Esr. 1, 6. Idem valet מִלְּבַד Gen. 26, 1. Num. 17, 14. Deut. 4, 35. מִלְּבַד אֲשֶׁר *præter* (id) *quod* Num. 6, 21. — 2) Spec. *filum* collect. *fila*, maximè linea, indè *linteum* album, et subtile Ex. 28, 42. 39, 28. Lev. 5, 3. Plur. בַּדִּים *vestes linteæ* Eze. 9, 2 sq. Dan. 10, 5. — 3) *solitudo*. בַּדֵּי שְׁאוֹל *solitudines inferni* Job 17, 16. multis tamen est *vectes inferni* i. e. *portæ inferni*, sed בַּדִּים signif. tantùm *vectes ad portandum*, et nusquàm usurpatur pro *pessulis* qui hebr. בְּרִיחִים dicuntur. — 4) Plur. בַּדִּים *nugæ*, *mendacia*, Job 11, 3. Jes. 16, 6. Jer. 48, 30. It. i. q. אַנְשֵׁי בַדִּים *mendaces* de hariolis et pseudoprophetis. Jes. 44, 25. Jer. 50, 36. — Rad. בָּדַד.

בָּדָא *effinxit, commentus est* 1 Reg. 12, 33. Neh. 6, 8. Part. cum suff. בָּדָאם per Syriasmum pro בָּדְאָם Neh. loc. citat.

בָּדַד 1) pr. *separavit*. — 2) *separavit se*, *solitarius fuit*. Part. בּוֹדֵד *solitarius*. Jes. 14, 31. Hos. 8, 9. Ps. 102, 8. — 3) i. q. בָּדָא *effinxit*, *commentus est*. — Deriv. בַּד et

בָּדָד m. *separatio*, indè adv. *seorsùm* Lev. 13, 46, *solitariè*, quod latinè plerumque adjectivo *solus*, *a*, *um* exprimitur Jes. 27, 10: *urbs munita* stat *sola* i. e. derelicta Deut. 32, 12: *Jehova solus ducebat eum*. It. לְבָדָד *solitariè* pro *solus*, *a*, *um* Num. 23, 9. Mich. 7, 14. Ps. 4, 9.

בְּדָד n. pr. viri Gen. 36, 35.

בְּדֵי v. דֵּי.

בִּדְיָה n. pr. viri Esr. 10, 35.

בְּדִיל m. pl. cum suff. f. בְּדִילַיִךְ; 1) *stannum* i. e. plumbum nigrum, quod in fodinis invenitur argento mixtum, et vi ignis ab eo *separatur* Jes. 1, 25. — 2) *plumbum album* Num. 31, 22. Eze. 22, 18, 20. 27, 12. — Radix

בָּדַל vicin. בָּחַל *separavit*, *discrevit*.

Niph. נִבְדַּל, part. נִבְדָּל 1) *sejunctus est*, *sejunxit se*, sq. מִן Esr. 6, 21. 9, 10, 11, it. *selectus est* Esr. 10, 16, sq. לְ ad aliquid 1 Par. 23, 13. — 2) *seclusus est*, Esr. 10, 8. — 3) *dicessit* sq. מִן loci Num. 16, 21, sq. אֶל *discessit in partes* alicujus 1 Par. 12, 8.

Hiph. הִבְדִּיל 1) *separavit*, *disjunxit* Lev. 1, 17, ut duo loca velo, pariete, muro Gen. 1, 6. Ex. 26, 33. Eze. 42, 20, res antea permixtas Gen. 1, 4. — 2) Translatè ad animum: *discrevit*, *distinxit* res diversas Lev. 10, 9, 10. 11, 47. 20, 25. In utrâque hâc signif. (no. 1. 2) seq. בֵּין וּבֵין — Gen. 1, 4, 7. Ex. 26, 33. בֵּין — לְבֵין Jes. 59, 2. לְ — בֵּין Gen. 1, 6. — 3) *sejunxit* à reliquis, *selegit* ex iis sq. מִן Num. 8, 14. 16, 9. Lev. 20, 24, 26, it. sq. לְ rei, cui aliquid destinatur, 1 Reg. 8, 53, et sine מִן Deut. 4, 41. 10, 8: 1 Par. 25, 1, absol. Deut. 19, 7. Eze. 39, 14. — 4) *seclusit*, *segregavit* sq. מִן Neh. 13,

Digitized by Google

3, מַעֲל Jes. 56, 3. — Deriv. בְּדִיל, מִבְּדֻלוֹת et

בָּדָל m. constr. בְּדַל; *pars*, *particula*, semel Am. 3, 12.

בְּדֹלַח m., Gen. 2, 12. Num. 11, 7. forsan *bdellium* (sic Aquila, Symm., Vulgat. Josephus et Theod. in Num.) i. e. *lacryma translucida odoratàque* arboris crescentis *in Arabiâ, Indiâque, Mediâ ac Babylonia*. Juxta Plin. hist. nat., *l. XII*, c. 9. Levioris sunt momenti rationes à Bochart contra *bdellium* et in *margaritarum* gratiam allatæ, quàm ut à veterum opinione deficiam. — Etymon latet omninò, quidquid idem Bochart dixerit.

בֹּדֶן n. pr. viri 1 Par. 7, 17. In loco 1 Sam. 12, 11 videtur fuisse Israëlitarum judex, qui tamen in libro Jud. non commemoratur; sed LXX. Syr. Arab. *habent* בָּרָק.

בָּדַק, inf. constr. בְּדוֹק; 1) *fidit*, *rimas egit*, undè בֶּדֶק. — 2) denom. à בֶּדֶק, *rimas reparavit*; 2 Par. 34, 10.

בֶּדֶק m. suff. בִּדְקֵךְ; *fissura*, *rima* 2 Reg. 12, 6 sq., in nave Eze. 27, 9, 27.

בִּדְקַר n. pr. viri 2 Reg. 9, 25.

בֹּהוּ m. (pro בֹּהֶו) *vacuitas*, *inanitas* et concr. *res vacua et inanis*, i. e. sine terminis et limitibus. Ter paronomasticè jungitur voci תֹּהוּ q. v. Gen. 1, 2. Jer. 4, 23. Jes. 34, 11.

בַּהַט Esth. 1, 6 marmoris species, ex quâ pavimenta fiebant. LXX. Vulgat. *smaragdites*.

בָּהִיר adject. * forsan *crustosum*, *squameum* (cf. בַּהֶרֶת), indè *crassum* quid Job 37, 21, ubi sensus est, homines nunquàm splendorem solis videre posse; quippè, vel nubibus sol circumfunditur, et jàm imaginem crustæ aut squamæ seu alicujus rei crassæ tantùm, refert, vel transeunte vento, et (ver. 22), veniente ab aquilone splendore aureo, corruscat, sed tunc illum aspicere non sustinent, cùm oculos statim fulgore suo pertringat. Hâc nimirùm comparatione utitur eliu, ut ex eâ colligat, majestatem Dei formidandam, semper inaccessam esse, ac proindè summæ esse insipientiæ nec non arrogantiæ, cum numine omnipotenti disputationem instituere, quod sibi dari Job poposcerat. Interpp. ad unum omnes בהיר vertunt *fulgentem*, *splendidum*, sed invitâ prorsùs orationis serie.*

בָּהַל, Niph. נִבְהַל, part. נִבְהָל, f. נִבְהָלָה, fut. יִבָּהֵל, pl. cum ן parag. et in pausâ יִבָּהֲלוּן; 1) *trepidavit* Eze. 7, 27. Ps. 6, 3, 4. — 2) *perterritus*, *perculsus est* Ex. 15, 15: 1 Sam. 28, 21. Ps. 48, 6. Eze. 26, 18, sq. מִפְּנֵי Gen. 45, 3. Job 23, 15. Eccl. 8, 3. — 3) *trepide fugit* Jud. 20, 41 et univ. *festinavit* ad aliquid, sq. לְ Prov. 28, 22. — 4) *acceleratus fuit* Soph. 1, 18. — 5) subitò *periit*, juxta quosdam, Ps. 104, 29, sed rectiùs *perturbatus est*, quippè in hemistichio proximè sequenti peculiariter dicitur: *Si halitum eorum retrahas, extremam reddent animam*.

Pih. בִּהֵל, part. pl. מְבַהֲלִים, inf. cum suff. בַּהֲלֵנִי, בַּהֲלָם, fut. יְבַהֵל, cum suffix. יְבַהֲלֶךָ, יְבַהֲלֵמוֹ; *terrore perculit*, *perterrefecit* Dan. 11, 44. Ps. 2, 5. 83, 16. Job 22, 10, inde *fecit*,

Digitized by Google

ut animum desponderet Esr. 4, 4 Keri. —2) *acceleravit* Esth. 2, 9, et 3) sq. Gerundio i. q. מָהַר *festinavit* (qs. trepidavit) aliquid facere Eccl. 5, 1. 7, 9.

Pub. part. f. Prov. 20, 21 Keri: נִבְהָלוֹת מְבוּהָלֶת *opes acceleratæ* i. e. nimis anxiè et festinanter comparatæ; m. pl. מְבֻהָלִים *celeres* Esth. 8, 14.

Hiph. הִבְהִיל, fut. יַבְהִיל, pl. cum suff. יַבְהִלֻהוּ 1) *perterrefecit* Job 23, 16.—2) *acceleravit* Esth. 6, 14.—3) *deturbavit* aliquem è loco. 2 Paral. 26, 20. — Deriv.

בֶּהָלָה f., pl. בֶּהָלוֹת; *terror* Lev. 26, 16. Jer. 15, 8. Cum artic. *terror* κατ' ἐξοχήν, *exitium repentinum* Jes. 65, 23.

בְּהֵמָה fem., constr. בְּהֵמַת, suff. בְּהֵמָתוֹ, בְּהֵמָתְךָ (qs. a בְּהֵמַת) plur. בְּהֵמוֹת, constr. בַּהֲמוֹת; *bestia* eaque *quadrupes*, *major* et general. *terrestris*. Opp. aves et reptilia. Gen. 6, 7, 20. 7, 2, 8, 23. 8, 20. Ex. 9, 25. Lev. 11, 2. Spec. 1) *quadrupedes domesticæ*, *pecus*, idque collect., opp. חַיַּת הָאָרֶץ Gen. 1, 24, חַיַּת הַשָּׂדֶה 2, 20. 3, 14, חַיָּה 7, 14, 21. Lev. 25, 7 animalia agrestia, feræ. Complectitur צֹאן et בָּקָר Gen. 47, 18. Lev. 1, 2. Alibi —2) sola *jumenta*, ut asini, cameli, opp. מִקְנֶה Gen. 34, 23. 36, 6. Num. 32, 26: 2 Reg. 3, 17. — 3) poët. *quadrupedes agrestes* et *feræ*. Ita in pl. בְּהֵמוֹת Deut. 32, 24. Hab. 2, 17, maximè sq. הָאָרֶץ Deut. 28, 26. Jes. 18, 6, שָׂדֶה, חַיַּת שָׂדֶה 1 Sam. 17, 44. Joël 1, 20, יַעַר Mich. 5, 7. — Sed בְּהֵמוֹת Job 40, 15 (10) est —4) pl. majest. seu excell. (propterea sq. sing. masc.) *quadrupes magna*, *ingens*, quo nomine *hippopotamus* insignitur. — Radix בהם in Arab. X conjug. *obmutuit*.

בֹּהֶן m. *pollex* sive manûs, sive pedis Ex. 29, 20. Lev. 8, 23 sq. 14, 14, etc. — Rad. בהן.

בֹּהַן n. pr. filii Ruben, à quo nomen traxit אֶבֶן־בֹּהַן locus in confiniis tribuum Judæ et Benjamin. Jos. 15. 6. 18, 17.

בְּהֹנָה f. undè plur. בְּהֹנוֹת *pollices* Jud. 1, 6, 7. — Rad. בהן.

בֹּהַק m. Lev. 13, 39, morbi genus constans crustis albis et subnigris, lepræ simile sed innoxium, neque contagiosum, quod Arabes hodiè adhuc *Bohak*, ut testatur Niebuhr (Description de l'Arabie, tom. 1 pag. 191). Cf. etiam quæ notavi in *La Sainte Bible en latin et en français*, *etc.*, tom. I, pag. 460.

בַּהֶרֶת f. pl. בְּהָרוֹת Lev. 13, 2, 4, 19, 38, 39. * Al. *macula* al. *papula*, *pustula*, Vulgat. *quasi lucens quippiam*. Reverà in semiticis dialectis rad. בהר est *lucere*, *splendere*; verùm mihi probabilius est בהרת valere *crustam*, *squamam* ob rationes quas attuli in *La Sainte Bible*, *etc.*, tom. I, p. 456, 457.*

בוֹא, præt. בָּא, fem. בָּאָה, 2 per, בָּאתָ, f. בָּאת semel בָּאוּת 2 Sam. 14, 3. cum suff. בָּאַתְנוּ. Ps. 44, 18 pl. בָּאוּ, et בֹּאוּ Jer. 27, 18. 1 per. בָּאנוּ sed בָּנוּ 1 Sam. 25, 8. part. בָּא fem. בָּאָה, pl. m. בָּאִים, f. בָּאוֹת, inf. בוֹא, sed בֹּאָה 1 Reg. 14, 12. Cum suff. בֹּאֲךָ, et בֹּאֲכָה, in pausâ בֹּאֶךָ, בֹּאֶן et בֹּאֲנָה,

Digitized by Google

בִּלְעָם n. pr. 1) viri. Num. 22-24. Deut. 23, 5, 6. Jos. 13, 22. 24, 9. Mich. 6, 5. LXX Βαλαάμ.—2) oppidi Manassitarum trans Jordanem 1 Par. 6, 55, alibi יִבְלְעָם dicti Jos. 17, 11. Jud. 1, 27 : 2 Reg. 9, 27.

בָּלַק, part. act. cum suff. f. בּוֹלְקָה; *evacuavit, exinanivit* Jes. 24, 1.

Puh. partic. f. מְבֻלָּקָה *exinanita* Nah. 2, 11.

בָּלָק n. pr. viri Num. 22, 2 sq. Jos. 24, 9. Jud. 11, 25. Mich. 6, 5.

בֵּלְשַׁאצַּר et בֵּלְאשַׁצַּר n. pr. ultimi Chaldæorum regis, LXX. Βαλτάσαρ. Dan. 5, 12, etc. 7, 1. 8, 1.

בִּלְשָׁן n. pr. viri Esr. 2, 2. Neh. 7, 7.

בֵּלֶת vel בֶּלֶת nom. inus. à rad. בָּלָה (formæ כֶּסֶת à כָּסָה) pr. *nihilum, redactio ad nihilum* i. q. בַּל, בְּלִי, undè cum Iod paragog.

בִּלְתִּי 1) adv. *non* i. q. לֹא 1 Sam. 20, 26. — 2) præp. pro בְּבִלְתִּי *sine* Jes. 14, 6, *præter* (ubi antecessit negatio) Gen. 21, 26. Ex. 22, 19. Num. 11, 6. 32, 12. cum suff. בִּלְתִּי *præter me* Hos. 13, 4. Jes. 10, 4. בִּלְתֶּךָ *præter te* 1 Samar. 2, 2.—3) conjunct. pro בִּלְתִּי אֲשֶׁר *præterquàm quòd* Dan 11, 18; *nisi quòd* Gen. 43, 3. Pleniùs dicitur בִּלְתִּי אִם *nisi quòd* Amos 3, 4, et simpl. *nisi* Gen. 47, 18. Jud. 7, 14. — Cum præfix. לְבִלְתִּי sq. infin. valet *quòd non* Jud. 8, 1. *ut non, ita ut non*, Ex. 8, 25. 9, 17. Num. 9, 7. Jer. 16, 12. *ne* Gen. 3, 11, 38, 9 : 2 Reg. 12, 9. semel pleon. לְבִלְתִּי לְ 2 Reg. 23, 10, et ter לְבִלְתִּי sq. verbo finito pro לְבִלְתִּי אֲשֶׁר Jer. 23, 14. 27, 18. Eze. 13, 3.—מִבִּלְתִּי *quòd non, quia non*, sq. Inf. Num. 14, 16, nomine verbali Eze. 16, 28. — עַד בִּלְתִּי *usque dùm non, donec non*, sq. præt. Num. 21, 35. Deut. 3, 3. Jos. 8, 22. 10, 33, it. *quamdiù* Job 14, 12. Cf. עַד בְּלִי.

בָּמָה f. cum ה loc. בָּמָתָה; pl. בָּמוֹת, et adjecto altero plur. numeri signo בָּמוֹתַיִם, undè constr. בָּמוֹתֵי (cf. רַאֲשׁוֹתֵי 1 Sam. 26, 12); suff. בָּמוֹתַי; quæ tamen quibusdam sunt à sing. בָּמוֹת (formæ אָחוֹת) immediatè deducta. Est quidem construct. בָּמוֹתֵי Deut. 32, 13. Jes. 58, 14. Mich. 1, 3 in Chetib, sed in Keri בָּמָתֵי et ita in textu Job 9, 8. Jes. 14, 14. Amos 4, 13.—1) *locus excelsus, editus*, generale voc. montes clivosque comprehendens, 2 Sam. 1, 19. 25. בָּמוֹת אַרְנוֹן *montes ad Arnonem* Num. 21, 28. — 2) *arx, castellum* in monte structum. Ps. 18, 34 : *in arcibus meis constituit me* i. e. tutum me præstitit. רָכַב דָּרַךְ עַל־בָּמָתֵי אֶרֶץ *vectus est, incessit super arces terræ* poet. i. e. ut victor et triumphator, celsissimas arces conscendit, omnia sub pedibus subjecta habuit Deut. 32, 13. 33, 29. Jes. 58, 14. Amos 4, 13. Mich.

Digitized by Google

1, et translatè Job 9, 8 *super arces maris*, et Jes. 14, 14 *super arces nubium*, de Deo summo mundi rectore.—3) *delubrum*, *sacellum* in collibus montibusque erectum, cultûs causâ, sive liciti ut 1 Reg. 3, 2, 3, sive illiciti ut 1 Reg. 11, 7: 2 Par. 17, 6, etc. Probabiliter hæc sacella tentoria erant aulæis ornata (Eze. 16, 16), cf. 2 Reg. 23, 7. Amos 5, 26, cujus *generis* tabernacula etiam Pœnos veteresque Slavos habuisse constat (Diod. 20, 25.)—4) Fortassè *tumulus sepulcralis*, gr. βωμός. Eze. 43, 7, cf. vers. 8 et intpp. ad Jes. 53, 9, cui loco hæc significatio commodè adhiberi potest.—Rad. בום juxta quosdam, sed probabilius est vocab. exoticum.

בְּמַהֲל *n. pr.* viri 1 Par. 7, 33.

בְּמוֹ vide מוֹ.

בָּמוֹת Num. 21, 19, pleniùs בָּמוֹת בַּעַל 22, 41. Jos. 13, 17 n. pr. oppidi in ditione Moabitarum, ad Arnonem fluvium siti.

בֵּן est Jos. 22, 25: 1 Sam. 4, 17, 23 pro בֵּין q. v.

בֵּן m. constr. בֶּן (cum præf. בְּ, בְּ, לְ sine Makkeph) rarò בֵּן Prov. 30, 1. Deuter. 25, 2 Jon. 4. 10 et ubicunque sequitur n. pr. נוּן; semel בְּנִי (sicut אֲבִי) Gen. 49, 11 et בְּנוֹ Num. 24, 3. 15; suff. בְּנוֹ, בִּינְךָ, in pausâ בְּנֶךָ; pl. בָּנִים (quasi à sing. בֵּן); constr. בְּנֵי; suff. בָּנָיו, בָּנֶיךָ et in pausâ בָּנֶיךָ primaria significatio est *filius*. Plural. בָּנִים nonnunquàm de de utriusque sexûs *liberis* Gen. 3, 16. 21, 7. 30, 1. 31, 17. 32, 12. Deut. 4, 10, quanquàm crebriùs plenè dicitur בָּנִים וּבָנוֹת Gen. 5, 4, 7, 10, 13. 11, 11 sq. In sing. communis generis vestigium habes in בֶּן־זָכָר (rectiùs בֵּן זָכָר) *filius masculus* Jer. 20, 15, υἱὸς ἄῤῥην Apoc. 12, 5. Sed significatio latiùs patet; dicitur enim—1) de *nepote* Gen. 29, 5. Esr. 5, 1 cf. Zach. 1, 1. Plur. בָּנִים *nepotes* Gen. 32, 1 (31, 55). 31, 28 (quanquàm, ubi major est sermonis accuratio, *nepotes* dicuntur בְּנֵי בָנִים. Ex. 34, 7. Prov. 13, 22. 17, 6), i. *posteri*, ut בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Israelitæ*, בְּנֵי לֵוִי, בְּנֵי יְהוּדָה *Judæi*, *Levitæ*, בְּנֵי עַמּוֹן *Ammonitæ*, etc. —2) de *puero*, *juvene* ut gr. παῖς. Cant. 2, 3. Prov. 7, 7.—3) de *subjecto*, regi dominoque quasi patri obsequium præstante 2 Reg. 16, 7. Hinc metaph. *filius mortis* est morti destinatus et quasi in dominium traditus. 1 Sam. 20, 31: 2 Sam. 12, 5, *filius plagarum* i. q. plagis damnatus Deut. 25, 2.—4) de *alumno* qui filii instar educatur Ex. 2, 10, cf. Act. 7, 21, et de *discipulo*, quatenus doctores parentum cultu et observantiâ prosequi *patris*que nomine ornare solebant. Hinc *filii prophetarum* pro *discipulis prophetarum* ipsorumque prophetarum collegiis 1 Reg. 20, 35: 2 Reg. 2, 3, 5, 7. 4, 38, etc. Eodem pertinet, quod in Proverbiis auctor lectorem *filium* compellat Prov. 2, 1, etc. — 5) de *alumno*, *incolâ* loci, sic *filii Sion*, sunt ejus incolæ Ps. 149, 2, *filii Orientis*, i. e. orientales Jes. 11, 14.

Digitized by Google

De brutis Deut. 32, 14: *arietes*, *filii Basan*. Transfertur etiam ad res, quæ in aliquo loco continentur, ut *filii pharetræ*, de sagittis Thren. 3, 13.—6) Sq. genit. temporis, *personam remve* designat, vel *eo tempore natam ortamque*, vel *hujus temporis alumnam* i. e. quæ hoc temporis spatium transegit. Sic *filius senectutis ejus* id est in senectute ejus genitus Gen. 37, 3, *filius juventutis ejus* à patre juvene genitus Ps. 127, 4, *filii orbitatis* matre orbâ i. e. in exilio nati Jes. 49, 20; *filius quingentorum annorum*, i. e. quingentos annos natus Gen. 5, 32, etc.—7) Sq. genitivo virtutem, vitium, vitæve conditionem significante, *hominem* notat *illius virtutis vitiive* quasi *alumnum*, *lis imbutum*, vel *in tali conditione adultum*, velut בֶּן־חַיִל *filius roboris*; heros, bellator, בֶּן־בְּלִיַּעַל *filius nequitiæ*, homo nequam, בֶּן־עָנִי i. q. עָנִי *miser* Prov. 31, 5, etc. In aliis hujus generis locutionibus figuratis et poëticis, *filius* alicujus rei vocatur, qui ei similis est, veluti *filii fulguris*, de avibus fulguris æmulis Job 5, 7; vel ex eâ pendet, veluti *filii arcûs*, de sagittis Job 41, 20; vel quâcunque necessitudine cum eâ conjunctus est, ut *filii olei*, oleo delibuti, uncti Zach. 14, *filius olei* (s. *pinguedinis*), pinguis, fertilis, etc. Cf. אָב, אִישׁ, בַּעַל.—8) plur. *filii*. Sq. nomine *Dei* tribuitur a) *angelis* Ps. 29, 1. Job 1, 6. 2, 1. 38, 7, etc. b) *hominibus Deum piè colentibus* Ps. 73, 15. Prov. 14, 26. Deuter. 14, 1, spec. Israëlitis, quanquam filiis interdum ingratis Jes. 1, 2. 30, 1, 9. 43, 6. Jer. 3, 14. 19. Hos. 2, 1. In sing. Israël *Dei filius* vocatur Ex. 4, 22. 23. Hos. 11. Sed Ps. 2, 7. *filius Dei*, est Messias, quem Jehova parens ab æterno genuit, vid. יָלַד. —9) de *fœtu bestiarum* Gen. 49, 11. Lev. 12, 6. Ps. 147, 9, etc. Quoad Gen. 49, 22, בֵּן פֹּרָת v. פֹּרָת.—10) n. pr. viri 1 Par. 15, 18. Alia nomn. propria compos. sunt: — בֶּן־אוֹנִי n. propr. Benjamino à matre impositum Gen. 35, 18.—בֶּן־הֲדַד n. pr. trium regum Syriæ Damascenæ, quorum primus memoratur 1 Reg. 15, 20 sq. et 2 Par. 16, 2 sq.: alter, 1 Reg. 20, 1 sq.: 2 Reg. 6, 24 sq. 8, 7: tertius 2 Reg. 13—*Palatia Benhadad* id est Damascena Jer. 49, 27. Am. 1, 4.—בֶּן־חַיִל n. pr. viri 2 Par. 17, 7.—בֶּן־חָנִין n. pr. viri 1 Par. 4, 20.—בֶּן־יָמִין n. pr. viror. 1 Par. 7, 10. Esr. 10, 32. Nehem. 3, 23. Ubi Benjamin patriarcha intelligitur, hoc vocab. semper (except. Sam. 9, 1 Chethib) junctim scribitur בְּנְיָמִין, q. v.—בְּנֵי־בְרַק n. pr. oppidi tribûs Dan. Jos. 19, 45. — בְּנֵי יַעֲקָן v. in בְּאֵרוֹת.—Rad. בָּנָה.

בָּנָה, inf. abs. בָּנֹה, constr. בְּנוֹת, cum suff. בְּנֹתַיִךְ Eze. 16, 31, irreg. pro בִּנֹתַיִךְ; imp. בְּנֵה; fut. יִבְנֶה, cum conv. וַיִּבֶן et sexies וַיִּבְנֶה; 1) *ædificavit*, *exstruxit*, veluti domum, templum, urbem, mœnia, munimenta, etc. Gen. 8, 20. Jer. 7, 31, Eze. 27, 5. Metaph. *Sedem fixam concessit*, *res prosperas fecit* alicui Jer. 24, 6,

Digitized by Google

33, 7. 42, 10. Materia ex quâ quid exstruitur, ponitur plerumquè in *aceus*. Ex. 20, 22. Deuter. 27, 6: 1 Reg. 15, 22, cum בְּ materiæ est *munire* et *mœnibus cingere* 1 Reg. 6, 15. 16, 24, cum בְּ rei exstruendæ, *occupari in exstruendo* aliquo ædificio, Zach. 6, 15. Neh. 4, 4, 11. Sq. עַל, *obstruxit*. Thren. 3, 5: *obstruxit me* (Deus) i. e. viam undique præclusit, ut egredi nequeam, cf. גָּדַר vers. 7, 9.—Transl. *finxit* hominem Gen. 2, 22.—2) *restituit, instauravit* domum urbemque vastatam Jos. 6, 26: 1 Reg. 16, 34. Amos 9, 14. Ps. 122, 3.—3) 2 Reg. 14, 22. בָּנָה בַיִת לְ *domum alicui ædificavit* i. e. prolem et sobolem ei dedit (v. בַּיִת n° 8 et mox Niph. n° 3).

Niph. נִבְנָה; part. נִבְנֶה; inf. הִבָּנוֹת; fut. יִבָּנֶה—1) *ædificatus est* Num. 13, 22. Deut. 13, 17, cum acc. materiæ 1 Reg. 6, 7. Metaphor. *sede stabili rebusque secundis auctus est* Jer. 12, 16. Mal. 3, 15. Job 22, 23.—2) *instauratus est* Jes. 44, 28.—3) denomin. à בֵּן, *sobole aucta est* mulier, *liberi progeniti sunt ei*. Gen. 16, 2. 30, 3. Genes. 16, 2: אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *ædificabor per illam* i. e. hujus ancillæ ope liberos habebo, in sequiore germanismo diceres: ich werde durch sie bekindert werden.—Deriv. בֵּן, בַּת, בִּנְיָה, בִּנְיָן, מִבְנֶה, תַּבְנִית.

בָּנוּי n. pr. viror. Esr. 10, 30, 38. Neh. 3, 24, 7, 15, etc.

בָּנוֹת *filiæ*, vid. בַּת.

בָּנִי n. pr. viror. 2 Sam. 23, 36: 1 Par. 6, 31. Esr. 10, 26. Neh. 3, 17, etc.

בִּנְיִי n. pr. viri Neh. 9, 4. 10, 16.

בְּנָיָהוּ n. pr. viror. 2 Sam. 8, 18. 23, 30. Eze. 11, 1, 13: 1 Par. 15, 24. 27, 34: 2 Par. 31, 13, etc.

בִּנְיָה f. *ædificium*. Eze. 41, 13. Cf. בִּנְיָן.—Rad. בָּנָה.

בִּנְיָמִין n. pr.—1) *Benjamin* patriarchæ, filii Jacob natu minimi, Gen. 35, 18, etc.—2) tribûs ab eo oriundæ Jos. 18, 28. Jud. 19, 14, etc.—Nom. gent. בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9. Ps. 7, 1, et בֶּן־הַיְמִינִי Jud. 3, 15: 2 Sam. 16, 11. Plur. בְּנֵי יְמִינִי Jud. 19, 16. Ellipt. dicitur אִישׁ יְמִינִי pro אִישׁ בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9, 1: 2 Sam. 20, 1 et אֶרֶץ יְמִינִי 1 Sam. 9, 4.

בִּנְיָן m. 1) *ædificium* Eze. 41, 12.—2) *murus* Eze. 40, 5.—Rad. בָּנָה.

בִּנּוּי n. pr. viri Neh. 10, 14.

בִּנְעָא n. pr. viri 1 Par. 9. 43. et בִּנְעָה 8, 37.

בְּסוֹרְיָה n. pr viri Neh. 3, 6.

בֶּקִי n. pr. viri Esr. 2, 49. Neh. 7, 52.

בסס rad. spuria, v. בוס.

בֹּסֶר m. suff. בָּסְרוֹ; *uva acida et immatura* Job 15, 33.

בֹּסֶר m. id. Jes. 18, 5. Jer. 31, 29. 30. Eze. 18, 2.

בְּעַד et בַּעַד suff. בַּעֲדִי et בַּעֲדָנִי Ps. 139, 11, בַּעֲדָךְ, בַּעֲדוֹ, in pausâ בַּעֲדֶךָ, בַּעֲדָנוּ, et בַּעֲדֵינוּ Amos 9, 10, בַּעֲדָם, בַּעֲדֶכֶם; pr. subst. sed ex linguæ usu abiit in partic. designans—1) *juxta, propè* 1 Sam. 4, 18. et metaph. *propter* Prov. 6, 26.—2) *pone, post* Gen. 7, 16. Jud. 3, 22. Amos 9, 10, etc. מִבַּעַד לְ i. q. בַּעַד (ut מִתַּחַת לְ i. q. תַּחַת). Cant. 4, 1: *oculi*

Digitized by Google

tui instar *columbarum* מְכַנַּף לְצִמְּתֵךְ *pone velum tuum* ver. 3. 6, 7. — 3) *circa* Ps. 139, 11. Job 1, 10, 23. Thren. 3, 7.—4) *inter* (duas res) *per* cum verbo veniendi Joel. 2, 9, prospiciendi Gen. 26, 8. Jud. 5, 28.—5) Metaph. *pro* Ex. 8, 24: 1 Sam. 7, 9: 2 Sam. 20, 21. Jer. 21, 2, etc. —Rad. בעד.

בָּעָה, imper. pl. in pausâ בְּעִיוּ (mutat. ה in י); fut. pl. cum ן parag. et et extra pausam תִּבְעָיוּן; 1) pr. *tumefecit, tumentem et ebullientem fecit aquam* (Vicin. נָבַע). Jes. 64, 1: מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ sicut *ignis aquam efficit ebullientem.* — 2) ut in Chald. et Syr. *quæsivit, petiit, interrogavit* Jes. 21, 12.

Niph. נִבְעָה; part. נִבְעֶה; 1) *tumefactus est, tumuit*, proptereaque *prominuit, erupit* Jes. 30, 13.—2) *quæsitus est* Obad., 6.—Derivat. בְּעִי et בִּי (pro בְּעִי), ut quidam volunt.

בְּעוֹר n. pr. viror. Gen. 36, 32. 1 Num. 22, 5. Deut. 23, 5: 1 Par. 1, 43.

בֹּעַז 1) viri Ruth 2, 1 sq.—2) columnæ templi Salomonis 1 Reg. 7, 21: 2 Par. 3, 17.

בָּעַט; fut. יִבְעָט; 1) *calcavit*, hinc *neglexit* 1 Sam. 2, 29.—2) *recalcitravit* Deut. 32, 15. — *Sic vulgò, sed invitâ prorsus in utroque loco orationis serie. Quocircà ubiquè *ingurgitavit se, nimiam pabuli* vel *cibi copiam comedit*, vertere nullus dubito, efflagitante contextu, nec non verbo עָבָה *crassus factus est* pinguedine, quod Deut. loc. cit. occurrit post בָּעַט cui cognatum esse possit*.

בְּעִי m. *preces, precatio.* Job 30, 24: לֹא בְעִי יִשְׁלַח יָד *nil* valent *preces*, Deus *extendit manum!* et alterum hemistichium sic interpretare: *neque in exitio ejus* i. e. à Deo immisso *iis clamor* prodest.—Rad. בָּעָה.

בְּעִיר m. suff. בְּעִירָה, pro בְּעִירוֹ; *pecus* Gen. 45, 17. Ex. 22, 4. Num. 20, 4. Ps. 78, 48.—Rad. בָּעַר.

בָּעַל; fut. יִבְעַל; 1) *dominatus est, possedit* Jes. 26, 13. Sq. ל 1 Par. 4, 22.—2) *uxorem duxit* Deut. 21, 13. 24, 1. Mal. 2, 11. Jes. 62, 5. Part. act. בוֹעֲלִיךְ Plur. excellent. *maritus tuus* Jes. 54, 5. Part. pass. f. בְּעוּלָה ibid. 1; constr. בְּעֻלַת בַּעַל *nupta, quæ viro nupsit* Gen. 20, 3. Deuter. 22, 22. Metaph. de terrâ orbâ, nunc incolis denuò repletâ Jes. 62, 4. — Quod spectat Jer. 3, 14. 31, 32, ubi constr. cum בְּ, LXX, Syr. Abulwalides aliique veteres interpretes *fastidivit, rejecit* vertunt. Sed posset tamen *dominandi* notio his quoque locis accommodari.

Niph. fut. f. תִּבָּעֵל *uxor fiet* Prov. 30, 23, metaph. Jes. 62, 4. Indè

בַּעַל m. suff. בַּעְלִי, בַּעְלָהּ; plur. בְּעָלִים, constr. בַּעֲלֵי; suff. בְּעָלָיו, בַּעֲלֵיהֶן, בְּעָלֶיהָ; — 1) *dominus, possessor* Ex. 22, 7. Jud. 19, 22, Job 31, 39. Jes. 1, 3, etc.—2) *maritus* Ex. 21, 22: 2 Sam. 11, 26. בַּעַל אִשָּׁה *uxorem habens* Exod. 21, 3. בַּעַל נְעוּרִים *maritus, cui juveni nupsit conjux* Joel 1, 8.—Sequente genitivo urbis, terræ, populique, est *incola, civis* ejus Jos. 24, 11. Jud. 9, 2: 2 Sam. 21, 12, etc. — Con-

Digitized by Google

junctum multis substantivis, concretum exprimit denominativum, et possessivum vel quamcumque relationem cum his substantivis. Sic *Dominus caasarum* est *litem habens* Ex. 24, 14. *Dominus alæ*, *cornuum*, id est *alatus*, *cornutus* Dan. 8, 6. Prov. 1, 17. *Domini sagittarum*, i. e. *sagittarii*, Gen. 49, 23. *Domini fœderis*, i. e. *confederati* Gen. 14, 13. Neh. 6, 18. *Dominus linguæ*, i. e. *incantator* Eccl. 10, 11.—Eccl. 8, 8: *scelus non servat dominum suum* id est *scelestum*. 7, 12. Prov. 3 27: *ne cohibeas beneficium à domino ejus*, i. e. *ab eo* cui debetur, ad quem pertinet, ab egeno.—3 חַבַּעַל, cum præf. לַבַּעַל, בַּבַּעַל; *Baal* id est *Dominus* κατ' ἐξοχὴν vocatur idolum Cananitarum (Phœnicum) atque primarium, etiam ab *Hebræis*, *imprimis Samariæ*, una cum Astarte magnâ cum regione cultum Jud. 6, 25 sq. 2 Reg. 10, 18 sq. Indè בֵּית הַבַּעַל *templum Baal* 1 Reg. 16, 32, נְבִיאֵי הַבַּעַל *prophetæ Baal* 1 Reg. 18, 22. Pl. הַבְּעָלִים *statuæ Baal* Jud. 2, 11. 3, 7. 8, 33. 10, 10: 1 Sam. 7, 4. 12, 10, etc. A singulis quibusdam civitatibus ejus cultui deditis, certis epithetis ornabatur, qualia sunt: בַּעַל בְּרִית *fœderum præses et tutor* à Sichemitis cultus Jud. 8, 33. 9, 4 cf. 46 q. d. Ζεὺς ὅρκιος.—b) בַּעַל זְבוּב à Philistæis incolis Accaron cultus, tanquam muscarum averruncus, æquè ac Ζεὺς Ἀπόμυιος, et Myiagrus deus Romanorum. 2 Reg. 1, 2.—c) בַּעַל פְּעֹר v. פְּעֹר.—Præmittitur nom. pr. viror. et oppid. —בַּעַל n. pr. 1) viror. 1 Par. 5, 5. 8, 30. 9, 36.—2) oppidi 1 Par. 4, 33, fort. idem quod בַּעֲלַת בְּאֵר in confiniis Simeonitarum Jos. 19, 8.—בַּעַל גָּד oppid. in radicibus Hermonis circa fontes et ad ortum Jordanis situm, prob. i. q. בַּעַל חֶרְמוֹן, juxta Gesenium, quem vide in Thes. p. 225. —בַּעַל הָמוֹן Cant. 8, 11. Oppidum Βελαμών (LXX Βελαμών) in Samaria situm memoratur Judith 8, 3.—בַּעַל חָנָן n. pr. viror. Gen. 36, 38: 1 Par. 1, 49. 27, 28.—בַּעַל חָצוֹר opp. vicusve juxta tribum Ephraïm 2 Sam. 13, 23, fortassè i. q. חָצוֹר Neb. 11, 33 in tribu Benjamin.—בַּעַל חֶרְמוֹן oppid. cum monte vicino ad radices Hermon 1 Par. 5, 23. Jud. 3, 3.—בַּעַל מְעוֹן v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן p. 92.—בַּעַל פְּרָצִים *locus* vicusve in vicinia vallis Rephraïm 2 Sam. 5, 20: 1 Par. 14, 11, cf. Jes. 28, 21.—בַּעַל צְפוֹן oppid. Ægypti in vicinia maris Rubri Ex. 14, 2. 9. Numer. 33, 7.—בַּעַל שָׁלִשָׁה 2 Reg. 4, 42 opp., probab. in regione שָׁלִשָׁה, montanis Ephraïm vicina (1 Sam. 9, 4).—בַּעַל תָּמָר n. propr. loci cujusdam Jud. 20, 33.—בַּעֲלֵי יְהוּדָה 2 Sam. 6, 2 oppid. quod alibi בַּעֲלָה et קִרְיַת יְעָרִים vocatur, cf. 1 Paral. 13, 6, vid. בַּעֲלָה no. 2.

בַּעֲלָה f. constr. בַּעֲלַת; 1) *domina* 1 Reg. 17, 17. Metaph. *aliquâ re prædita*, *pollens*, בַּעֲלַת־אוֹב *necromantiæ perita*, בַּעֲלַת כְּשָׁפִים *præstigiatrix* Nah. 3, 4.—2) n. pr. duarum urbium, quarum altera a) in septentrionali parte tribus Judæ sita (Jos. 15, 9: 1 Par. 13, 6) etiam קִרְיַת יְעָרִים, בַּעֲלֵי יְהוּדָה

Digitized by Google

et קִרְיַת־בַּעַל dicta est et monti *Baala* (Jos. 15, 11) in eâdem regione, sed mari propius sito nomen dedisse videtur: b) altera in ejusdem tribûs regione australi sita erat Jos. 15, 29, et eadem videtur, quæ alibi בָּלָה Jos. 19, 3 et בִּלְהָה 1 Paral. 4, 29 dicta, Simeonitis tribuitur.

בַּעֲלוֹת n. pr. oppidi in australibus Judæ Jos. 15, 24, diversi forsan à בַּעֲלָה ver. 9, 29.

בְּעַלְיָדָע n. pr. viri 1 Par. 14, 7, qui 2 Sam. 5, 16 אֶלְיָדָע vocatur.

בְּעַלְיָה n. pr. viri 1 Par. 12, 5.

בַּעֲלִיס n. pr. regis Ammonitarum Jer. 40, 14. Nonnulli codd. suffragante Josepho (Arch. IX, 3) habent בעלים

בַּעֲלַת n. pr. oppid. tribûs Dan Jos. 19, 44: 1 Reg. 9, 18: 2 Par. 8, 6.

בַּעֲלַת־בְּאֵר vide בַּעַל n. pr. viror.

בַּעֲנָא n. pr. viror. 1 Reg. 4, 12, 16. Neh. 3, 4.

בַּעֲנָה n. pr. viror. 2 Sam. 4, 2. 23, 29: 1 Par. 11, 30. Esr. 2, 2. Neh. 7, 7. 10, 28.

בָּעַר, fut. יִבְעַר 1) pr. *depavit*, *absumsit*, in genere;—2) spec. *igne consumsit* (cf. אָכַל no. 2), *combussit* Ps. 83, 15, plerumque sq. בְּ, sed tunc notionem *grassandi* prægnanter includit Num. 11, 3. Ps. 106, 18. Job 1, 16. Jes. 42, 25. Jer. 44, 6. Thren. 2, 3, it. *accendit* Jes. 30, 33. Alibi intrans. *igne absumtus est*. Ex. 3, 3. Jes. 1, 31. 9, 17. *arsit*, ut ignis Jer. 20, 9, pix Jes. 34, 9, carbo Eze. 1, 13, translatè ira Jes. 30, 27. Ps. 79, 5. 89, 47. *accensus est*. Hos. 7, 4: *sicut furnus* בַּעֲרָה מֵאֹפֶה *accensus à pistore* it. *extarsit* carbo Ps. 18, 9, et metaph. ira Ps. 2, 12. Esth. 1, 12. —3) (denom. à בְּעִיר) *brutus fuit*. Jer. 10, 8. Part. בּוֹעֲרִים homines *bruti* Ps. 94, 8, *feroces* Eze. 21, 36.

Niph. נִבְעַר, part. f. נִבְעָרָה; *brutus factus est* Jes. 19; 11. Jer. 10, 14, 21. 51, 17.

Pih. בָּעֵר, infin. בָּעֵר, fut. יְבַעֵר; 1) *depavit* agrum, vineam Jes. 3, 14. 5, 5, sq. בְּ Ex. 22, 4 (5). — 2) *accendit*, Ex. 35, 3. Lev. 6, 5 (10), it. *cremavit*, *combussit* Neh. 10, 35. Jes. 44, 15. 40, 16, בָּעַר אֵשׁ בְּ *ignem admovit* alicui rei. Eze. 39, 9, 10.—3) *sustulit*, *removit*, *exterminavit* Deut. 26, 13, 14: 2 Sam. 4, 11: 1 Reg. 22, 47: 2 Reg. 23, 24: 2 Par. 19, 3. Jes. 4, 4. 6, 13. Formula solemnis Deuteronomii, ubicunque jubetur supplicium, hæc est: בִּעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבֶּךָ *tolles hoc scelus è medio vestro* Deut. 13, 6, etc. vel מִיִּשְׂרָאֵל 17, 12. 22, 22, cf. Jud. 20, 13. (De locutionibus synonymis Ex., Levitici et Numer., v. rad. כָּרַת).

Pub. part. f. מְבֻעֶרֶת, *accensa*, de fornace Jer. 36, 22.

Hiph. הִבְעִיר, part. מַבְעִיר, fut. יַבְעִיר, apoc. יַבְעֵר, cum Makkeph יַבְעֵר־; 1) *depavit* Ex. 22, 4 (5).—2) *accendit* Ex. 22, 5 (6), *combussit cremavit* Jud. 15, 5. Eze. 5, 2. Additur בָּאֵשׁ 2 Par. 28, 3. הִבְעִיר אֵשׁ בְּ *ignem admovit* alicui rei Jud. 15, 5. —3) *removit*, *exterminavit* 1 Reg. 16, 3.—Deriv. præter quæ seq. בְּעִיר.

בַּעַר m. pr. *stupiditas*, sed ubique

Digitized by Google

concr. *stupidus*, *brutus* instar pecoris, *de* hominibus Ps. 49, 11. 73, 22. Prov. 12, 1. 30, 2.

בַּעֲרָא n. pr. mul. 1 Par. 8, 8.

בְּעֵרָה f. *incendium* Ex. 22, 5.

בַּעְשָׁא n. pr. viri 1 Reg. 15, 16, sq. Jer. 41, 9. 2 Par. 16, 1 sq.

בַּעֲשֵׂיָה n. pr. viri 1 Par. 6, 25.

בְּעֶשְׁתְּרָה n. pr. urbis Levitarum in tribu Manassis trans Jordanem Jos. 21, 27. 1 Par. 6, 56 עַשְׁתָּרוֹת dicta.

בָּעַת inus. in Kal.

Niph. נִבְעַת *subitò invasus*, *obrutus est*, hinc *perturbatus*, *perterritus est* Dan. 8, 17, seq. 1 Par. 21, 30. Esth. 7, 6.

Pih. בִּעֵת part. f. מְבַעַת per syncop. pro מְבַעֶתֶת, undè cum suff. et in pausâ מְבַעְתֶּךָ; fut. יְבַעֵת; 1) pr. ut in arab. *subitò invasit*, *obruit* hominem, *ingruit* in eum 1 Sam. 16, 14, 15,* haud secus atque 2 Sam. 22, 5. Jes. 21, 4. Jer. 8, 15. Ps. 18, 5. Job 3, 5, et in cæteris prorsus locis, ubi occurrit, quamquàm minùs aptè *terruit*, *perterruit* vulgò vertunt.*—Indè

בְּעָתָה f. *subita et inopinata aggressio*, *invasio* Jer. 8, 15. 14, 19.

בְּעוּתִים m. pl. constr. בְּעוּתֵי; suff. בְּעוּתֶיךָ; id. Ps. 88, 17. Job, 6, 4.

בֹּץ m. *cœnum*, *lutum* Jer. 38, 22. —Rad. בצץ.

בְּצָה f. *palus* Job, 8, 11. 40, 21. Plur. cum suff. בְּצָאתָיו ex scripturâ parum emendatâ Eze. 47, 11 pro בְּצוֹתָיו.—Rad. בצץ.

בֵּצַי n. pr. viri Esr. 2, 17. Neh. 7, 23. 10, 19.

בָּצִיר m. constr. בְּצִיר, suff. בְּצִירְךָ; 1) *vindemia* Lev. 26, 5. Jes. 24, 13. 32, 10. Jer. 48, 32.—2) *inaccessus*, *altus*, Zach. 11, 2 in Keri, sed Chethib habet בָּצוּר.—Rad. בָּצַר.

בְּצַל ut פְּצַל *decorticavit*. Indè

בֶּצֶל m. undè pl. בְּצָלִים *cepæ*. Num. 11, 5. Cf. quadril. חֲבַצֶּלֶת.

בְּצַלְאֵל n. pr. viror. Ex. 31, 2. 35, 30. Esr. 10, 30.

בַּצְלוּת n. pr. viri Esr. 2, 52, quod Neh. 7, 54 scribitur בַּצְלִית.

בָּצַע, part. act. בֹּצֵעַ; imper. cum suff. בְּצָעֵם, irreg. pro בִּצְעֵם; fut. יִבְצַע; 1) *scidit*, *discidit*, *fregit*. (Affinia sunt פָּצָה, פָּצַח, פָּצַל, פָּצַם, פָּצַע) Amos 9, 1. Intrans. *vulneratus est* Joel 2, 8 de locustis: *ruunt per medios enses strictos* לֹא יִבְצָעוּ *neque vulnerantur*. Sic meliùs quàm: *non abrumpunt* scil. cursum.—2) *diripuit*, *rapuit*, pr. de hostibus Hab. 2, 9. Ps. 10, 3, dein formula בָּצַע בֶּצַע *rapinam rapuit* transfertur ad privatos homines iniqui lucri studiosos, aliosque exspoliantes, cf. german. Geld schneiden; hinc בֹּצֵעַ בֶּצַע *lucri improbi nimis cupidus* Prov. 1, 19. 15, 27. Jer. 6, 13. 8, 10.

Pih. בִּצַּע, fut. יְבַצֵּעַ; 1) *resecuit*. Jes. 38, 12: מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי *à peniculamento ab scindit me* (Deus), metaphora petita à textore, qui telam absolutam à peniculamento abscindit Job, 6, 9.—2) *diripuit*, *fraudavit* aliquem Eze. 22, 12.—3) *perfecit*, *absolvit* Jes. 10, 12. Zach. 4, 9. Thren. 2, 17. Indè

בֶּצַע m. in pausâ בָּצַע; suff. בִּצְעֶךָ; 1) *rapina*, *præda* pr. hostium Jud.

Digitized by Google

5, 19. Jer. 51, 13. Ezech. 22, 13. Mich. 4, 13. —2) *lucrum iniquum* Ex. 18, 21: 1 Sam. 8, 3. Jes. 57, 17. Prov. 28, 16.—3) *lucrum quodvis* Jes. 56, 11. Eze. 33, 31. מַה־בֶּצַע *quid* indè *lucri?* Gen. 37, 26. Job 22, 3. Ps. 30, 10.

בָּצַק *intumuit* Deut. 8, 4. Neh. 9, 21.—Indè

בָּצֵק m. *massa* farinacea Ex. 12, 34. 39: 2 Sam. 13, 8. Jer. 7, 18.

בְּצֻקֹת n. pr. oppidi Judæ Jos. 15, 39. 2 Reg. 22, 1.

בָּצַר, part. act. בּוֹצֵר, pl. בּוֹצְרִים, pass. בָּצוּר, f. בְּצוּרָה, pl. בְּצוּרוֹת et בְּצֻרוֹת; fut. יִבְצֹר; 1) *abscidit, amputavit.* Plerumque refertur ad uvas et vindemiam et valet *vindemiavit* Lev. 25, 5, 11. Deut. 24, 21. Jud. 9, 27. Part. בּוֹצֵר *vinitor* Jer. 6, 9, plur. בּוֹצְרִים *vinitores* metaphor. de hostibus cladem parantibus Jer. 49, 9. Obad. 1, 5. Metaph. Ps. 76, 13: *abscindit* q. d. frangit *superbiam principum.*—2) *cohibuit, arcuit, inaccessum fecit.* Ita Part. pass. בָּצוּר *inaccessus* Deut. 28, 52. Jes. 2, 15. Zach. 11, 2 in Keri, de urbibus munitissimis Numer. 13, 28. Deut. 1, 28. 3, 5. Jos. 14, 12: 2 Sam. 20, 6. Jes. 25, 2. Metaph. *arduus intellectu* Jer. 33, 3. — 3) *excidit*, de metallis, v. בֶּצֶר.

Niph. נִבְצַר, fut. יִבָּצֵר *cohibitus, arduus, inaccessus fuit* alicui, sq. מִן. Gen. 11, 6: *haud nimis arduum ipsis erit, quodcunque consilium capient.* Job 42, 2.

Pih. בִּצֵּר, inf. בַּצֵּר, fut. יְבַצֵּר; *inaccessum reddidit* munimentum Jer. 51, 53, it. simpl. *munivit*, murum *resarcivit* Jes. 22, 10.—Deriv. præter מִבְצָר, seq.

בֹּצֶר m. in pausâ בֹּצֶר Job 36, 19 i. q. בֶּצֶר, q. vide

בֶּצֶר m. 1) *auri argentique metallum*, idque rude, quale ex fodinis *exciditur* effoditurque, ab *excidendo* vel *frangendo* (Ps. 76, 13) dictum. Job 22, 24: שִׁית־עַל עָפָר בֶּצֶר *in pulverem conjice pretiosa metalla.* In altero hemist. aurum Ophir. Plur. Comm. 25: וְהָיָה שַׁדַּי בְּצָרֶיךָ *et omnipotens tibi erit instar metallorum*, in altero hemist. כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת. Adde בֹּצֶר Job 36, 19 quod idem valet. Optimam hanc vocabuli obscuri explicationem ex Abulwalide uberius vindicavit Gesenius in Thes. p. 230, ubi vide.—2) n. pr.—a) urbis in tribu Ruben, Deut. 4, 43. Jos. 20, 8. 21, 36. Vulgat. *Bosor.*—b) viri 1 Par. 7, 37.

בָּצֵרָה f. 1) *septum, ovile* Mich. 2, 12.—2) n. pr. urbis primariæ Idumæorum Gen. 36, 33. Jes. 34, 6. 63, 1. Jer. 49, 13, 22. Amos 1, 12. Semel (Jer. 48, 24) Moabitis tribuitur, undè vel alia est, vel eadem, sed quæ fuit aliquamdiù in Moabitarum potestate.

בְּצָרוֹן m. *munimentum* Zach. 9, 12.

בַּצֹּרֶת f. pl. בַּצָּרוֹת; *cohibitio* scil. pluviæ, *siccitas* Jer. 14, 1. 17, 8.

בַּקְבּוּק m. 1) *lagena* 1 Reg. 14, 3. Jer. 19, 1, 10.—2) n. pr. viri Esr. 2, 51. Neh. 7, 53.—Rad. בָּקַק.

בַּקְבֻּקְיָה n. pr. viri Neh. 11, 17. 12, 9.

Digitized by Google

בַּקְבַּקַּר n. pr. viri 1 Par. 9, 15.

בָּקִי n. pr. viror. Num. 34, 22: 1 Par. 5, 31. 6, 36.

בָּקִיהוּ n. pr. viri 1 Par. 25, 4, 13.

בְּקִיעַ m. pl. בְּקִיעִים, constr. בְּקִיעֵי *fissuræ*, *rimæ* Jes. 22, 9. Amos 6, 11.—Rad. בָּקַע.

בָּקַע, imp. cum suff. בְּקָעֵהוּ, inf. cum suff. בְּקָעָם, fut. יִבְקַע, 1) *fidit*, *diffidit* ligna Eccl. 10, 9, mare Ex. 14, 16, ventrem prægnantis Amos 1, 13, copias hostiles, urbes, i. q. *expugnavit*, *disrupit*, *perrupit* 2 Sam. 23, 16: 2 Par. 21, 17. 32, 1.—2) prægnanter *findendo* seu *rumpendo eduxit* ut fontem Ps. 74, 15, et absolutè positum *ova fidit* avis, id est *pullos exclusit* Jes. 34, 15.

Niph. נִבְקַע, inf. הִבָּקַע, fut. יִבָּקַע; *fissus est*, *fidit* et *aperuit se* terra Num. 16, 31. Zach. 14, 4, it. *ruptus*, *disruptus est* Job 26, 8. 32, 19: 2 Par. 25, 12, *expugnata est* urbs 2 Reg. 25, 4. Jer. 52, 7.—2) prægnanter *rumpendo eductus est*, *erupit*, *prorupit* aqua Gen. 7, 11. Jes. 33, 6. Prov. 3, 20, lux Jes. 58, 8, fletus Jes. 59, 5.

Pih. בִּקַּע, fut. יְבַקַּע; 1) *fidit* ligna Genes. 22, 3, rupem Ps. 78, 15, *diffidit*, *dissecuit* ventrem gravidarum 2 Reg. 8, 12. 15, 16.—2) *discerpsit*, *dilaceravit* 2 Reg. 2, 24: Hos. 13, 8.—3) *aperuit*, *prorumpere fecit* rivos Job 28, 10, torrentes Hab. 3, 9, ventum Eze. 13, 11, 13, ova Jes. 59, 5.

Puh. בֻּקַּע, part. f. מְבֻקָּעָה pl. m. מְבֻקָּעִים; *fissus est* Jos. 9, 4, *diffissus est* Hos. 14, 1, *expugnatus est* Eze. 26, 10.

Hiph. הִבְקִיעַ, inf. הַבְקִיעַ, futur. יַבְקִיעַ, 1) *aperuit* urbem, eam *expugnavit* Jes. 7, 6. — 2) seq. אֶל *perrupit ad* aliquem 2 Reg. 3, 26.

Hoph. הֻבְקַע, *perruptus*, *expugnatus est* Jer. 39, 2.

Hithpa. הִתְבַּקַּע, fut. יִתְבַּקַּע; *fissus*, *diffissus est*, *findi*, *diffindi* Jos. 9, 13. Mich. 1, 4.—Deriv. præter בְּקִיעַ, seq.

בֶּקַע m. *pars dissecta* in duas partes, spec. *dimidius siclus* Gen. 24, 22. Ex. 38, 26.

בִּקְעָה, f. const. בִּקְעַת; pl. בְּקָעוֹת; *vallis* Deut. 8, 7. 11, 11. Jes. 41, 18. Ps. 104, 8. Sæpiùs autem *planities*, *campus latè patens* (LXX πεδίον) vocatur is, in quo Babylon sita erat Gen. 11, 2, cf. Eze. 3, 23. 37, 1, 2. בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן *vallis Libani*, de planitie ad radices Hermonis et Antilibani atque ortum Jordanis Jos. 11, 17. 12, 7.

בָּקַק, 1 pers. בַּקֹּתִי, part. act. בֹּקֵק; *vacuavit*, *evacuavit* pr. vas, sed translatè *evacuavit*, *incolis nudavit* terram Jes, 24, 1, *spoliavit*, *exinanivit* incolas Nah. 2, 3. *Evacuare consilium alicujus*, i. e. eum consilii inopem reddere Jer. 19, 7. — Quoad Hos. 10, 1: גֶּפֶן בֹּקֵק, aliis est *vitis vastata*; ità chald. interpres; undè sensus loci esse possit: Israël est veluti vitis palmitibus foliisque denudata, quæ anteà fructus uberrimos protrudebat. Aliis verò *vitis latè se diffundens*, *frondosa*, *pa-*

Digitized by Google

tula, sic LXX et Vulgat., sed minùs ad etymon accommodatè, quamquam ad significatum arab. *multùm pluviæ fudit* cœlum, *multam prolem peperit* mulier, confugiunt. Alii adhuc aliter.

Niph. נָבַק, f. נָבְקָה, pro נָבַקָה, inf. abs. חָבוֹק, fut. יִבּוֹק; *evacuatus est* Jes. 24, 3, trop. *evanuit, periit* Jes. 19, 3.

Poh. בּוֹקֵק, fut. יְבוֹקֵק; *populatus est* Jer. 51. 2.—Deriv. בַּקְבּוּק.

בָּקַר inusit. in Kal.

Pih. בִּקֵּר, inf. בַּקֵּר; fut. יְבַקֵּר; 1) *diligenter inspexit, animum advertit ad* aliquid, sq. לְ Lev. 13, 36. בֵּין־לְ 27, 33. Sq. בְּ *cum voluptate adspexit* Ps. 27, 4. — 2) *providit, curæ habuit* cum acc. Eze. 34, 11, 12. — 3) *animo contemplatus est, circumspexit, cogitavit.* 2 Reg. 16, 15 (19). Prov. 20, 25.—4) *animadvertit in* aliquem, *punivit* eum, vid. בִּקֻּרֶת — Deriv. protinùs sequuntur.

בָּקָר epic. constr. בְּקַר; suff. בְּקָרְךָ, בַּקְרְכֶם: pl. בְּקָרִים; 1) *bos*, sive mas, sive femina. In Plur. Amos 6, 12. Neh. 10, 37: 2 Par. 4, 3. In reliquis exemplis ubiquè — 2) collect. *boves, boum grex, armenta.* צֹאן וּבָקָר *armenta et (ovium caprarumque) greges.* Gen. 12. 16. 13, 5. 20, 14. Deut. 32, 14, etc. — עֵגֶל בֶּן־בָּקָר Lev. 9, 2, עֶגְלַת בָּקָר Jes. 7, 21 et simpl. בֶּן־בָּקָר Gen. 18, 7, 8. *vitulus bovinus.* De bobus arte factis 1 Reg. 7, 29. — Indè est denom. בּוֹקֵר.

בֹּקֶר m. pl. בְּקָרִים 1) *manè, prima lux, tempus matutinum.* אוֹר בֹּקֶר *lux matutina* 2 Sam. 23, 4. In Acc. adv. *manè* Ps. 5, 4, crebriùs בַּבֹּקֶר *manè* Gen. 19, 27, et poët. לַבֹּקֶר Ps. 30, 6. 59, 17 quod alibi est עַד בֹּקֶר Deut. 16, 4. Ps. 130, 6. Distributivè בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר, לַבֹּקֶר לַבֹּקֶר, לַבֹּקְרִים לַבֹּקְרִים *quovis manè*, Ex. 16, 21: 1 Par. 9, 27. Jes. 33, 2. Job 7, 18, etc. Metaph. *manè* i. e. *prospera lux* Job 11, 17.—2) Spec. *crastina lux* Ex. 29, 34. Lev. 19, 13. 22, 30. Num. 9, 12. Jud. 6, 31. Indè *dies crastinus* ut מָחָר (cf. אֶמֶשׁ), et adv. *cràs.* Ex. 16, 7. Num. 16, 5. ut בַּבֹּקֶר 1 Sam. 19, 2, idque pro *mox* Ps. 5, 4 (in hemistichio priore). 90, 14. 143, 8, לַבֹּקֶר id. Ps. 49, 15.

בַּקָּרָה f. *cura*, ut videtur, quamvis vulgò *inquisitio* Eze. 34, 12.

בִּקֻּרֶת f. *animadversio, castigatio* Lev. 19, 20.

בָּקַשׁ rad. inusit. in Kal.

Pih. בִּקֵּשׁ; part. מְבַקֵּשׁ, pl. omisso Daguesch מְבַקְּשִׁים; inf. בַּקֵּשׁ; fut. יְבַקֵּשׁ; 1) *quæsivit.* Constr. abs. 2 Reg. 2, 17, cum acc. pers. et rei Gen. 37, 15, 16: 1 Sam. 10, 14; sq. לְ *inquisivit in* aliquid Job 10, 6. Additur nonnunquàm Dativus commodi לוֹ 1 Sam. 28, 7. Thren. 1, 19, quo adjecto etiam *deligendi* vim habet 1 Sam. 13, 14. Jes. 40, 28, cf. Eze. 22, 30. Spec. a) *quæsivit faciem regis* i. e. regem adiit, adire cupivit 1 Reg. 10, 24, maximè petendi ergo Prov. 29, 26. — b.) *quæsivit faciem Dei* pr. Deum adiit, maximè preci-

Digitized by Google

bus, 2 Sam. 12, 16. Ps. 24, 6. 27, 8. 105, 4, oraculum petiturus 2 Sam. 21, 1, eum placaturus Hos. 5, 15. — c) בִּקֵּשׁ אֵת־יְהוָה *oraculum à Deo petiit* Ex. 33, 7: 2 Par. 20, 4. מְבַקְשֵׁי יְהוָה *Dei cultores* Ps. 40, 17. 69, 7. 105, 3. Jes. 51, 1. Cf. דָּרַשׁ. — 2) *appetiit, sectatus est, captavit* Num. 16, 10. Ps. 4, 3. Prov. 17, 9. Rarò sq. לְ Prov. 18, 1. בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ מ׳ *vitæ alicujus insidiatus est* Ex. 4, 19: 1 Sam. 20, 1, etc. semel in bonam partem: *operam dedit vitæ alicujus servandæ*. Prov. 29, 10 (cf. דָּרַשׁ לְנֶפֶשׁ Ps. 142, 5). בִּקֵּשׁ רָעַת מ׳ *malum, interitum* alicujus *sectatus est, intendit*. 1 Sam. 24, 10. Ps. 71, 13, 24, etc. — 3) *poposcit, postulavit*. Neh. 5, 18, sq. מִן Ps. 104, 21, מִיַּד Gen. 31, 39, 43, 9. Jes. 1, 12, Spec. בִּקֵּשׁ דַּם מ׳ מִיַּד מ׳ *postulavit sanguinem alicujus ab aliquo* i. e. cædis commissæ pœnam repetiit. 2 Sam. 4, 11. Eze. 3, 18, 20. 33, 8, et omisso דָּם 1 Sam. 20, 16. — 4) *rogavit, petiit* sq. מִן pers. Esr. 8, 21. Dan. 1, 8, et acc. rei Esth. 2, 15, it. sq. עַל *precatus est, deprecatus est pro* aliquo Esth. 4, 8. 7, 7. — 5) *interrogavit, quæsivit ex* aliq., sq. מִן Dan. 1, 20.

Puh. *quæsitus est* Eze. 26, 21. Jer. 50, 20. Esth. 2, 23. Indè

בַּקָּשָׁה f. suff. בַּקָּשָׁתִי; *petitio*. Esth. 5, 3, 7, 8. Esr. 7, 6.

בֵּן m. cum suff. בְּנִי; *filius*, in Chald. et Syr. usitatissim. apud Hebræos poët. tantum. Bis legitur Prov. 31, 2. Ps. 2, 12: נַשְּׁקוּ בַר *osculamini filium* (Dei), ubi Vulgat. *apprehendite disciplinam*; sed minùs rectè prout videtur ex orationis serie et imprimis è vers. 7. Conf. præterea. בֵּן Jes. 9, 5. — Rad. בָּרָה.

בַּר m. f. בָּרָה; plur. m. constr. בְּרֵי; 1) *electus, dilectus* Cant. 6, 9. — 2) *purus* 6, 10. Metaph. de moribus *probus* Ps. 24, 4. 73, 1. Job 11, 4. — 3) *inanis*, de horreo Prov. 14, 4. — Rad. בָּרַר.

בַּר Am. 5, 11. 8, 6. Ps. 72, 16, alibi בָּר m. 1) *frumentum*, pr. *purgatum* à paleâ Gen. 41, 35, 49. Prov. 11, 26. Joel 2, 24, sed de frugibus arva ornantibus Ps. 65, 14. — 2) *campus, rus*, ut in Chald. Job 39, 4. — Rad. בָּרַר.

בֹּר m. suff. בֹּרִי 1) *puritas*. Figuratè *innocentia* 2 Sam, 22, 25, alibi additur יָדַיִם, vel כַּפַּיִם, 2 Sam. 22, 21. Ps. 18, 21, 25. Job 9, 30. 22, 30. — 2) ut בֹּרִית q. v. *quod purgandi vim habet, lixivium, sal lixivii* Job 9, 30, et Jes. 1, 25, ubi vulgò *puritatem* vertunt. — Rad. בָּרַר.

בָּרָא; part. act. בּוֹרֵא, suff. בֹּרְאֶךָ; pl. cum suff. בּוֹרְאֶיךָ; inf. בְּרֹא; imp. בְּרָא; fut. יִבְרָא; 1) pr. *cecidit, secuit, secando effinxit*. — 2) *creavit, produxit*. Dicitur de creatione cœli et terræ Gen. 1, 1, hominum Gen. 1, 27. 5, 1, 2. 6, 7, gentis, i. e. *condidit* Jes. 43, 1, 15. Eze. 28, 13. Part. בּוֹרְאֶיךָ (in Plur. majestat.) *creator tuus* Eccl. 12, 1. — * Quod ad בָּרָא לַעֲשׂוֹת Gen. 2, 3 attinet, videtur לַעֲשׂוֹת referendum non ad בָּרָא, sed ad שָׁבַת quod præcedit, ità

Digitized by Google

ut sensus sit : *quia hâc* (die) *cessârat à producendo* (Vid. quæ diximus in *Le Pentateuque*, etc. *Tom.* I. Genèse pag. 12 et 321) * — 3) *comedit, saginavit se*, à secando dictum.

Niph. præter et part. נִבְרָא; inf. יִבָּרֵא, suff. f. הִבָּרְאָךְ; fut. pl. cum נ parag. et in pausâ יִבָּרְאוּן; 1) *creatus est* Gen. 2, 4. 5, 2, *factus est* Ex. 34, 10. — 2) *natus est* Eze. 21, 35 (30). 28, 13. Ps. 104, 30.

Pih. בְּרֵא; inf. בָּרֵא, 1) *cecidit*, ut gladio Eze. 23, 47, silvam securi, Jos. 17, 15, 18. — 2) *finxit*, *effinxit* i. q. יָצַר, Eze. 21, 24 (19).

Hiph. inf. cum suff. הַבְרִיאֲכֶם *saginare vos* 1 Sam. 2, 29. — Deriv. בְּרִיאָה, בָּרִיא.

בְּרָאִי vid. בֵּית־בְּרָאִי.

בְּרַאדַךְ בַּלְאֲדָן n. pr. regis Babyloniæ 2 Reg. 20, 12, qui *Merodach Baladan* Jes. 39, 1, vid. מְרֹאדַךְ.

בְּרָאיָה n. pr. viri 1 Par. 8, 21.

בַּרְבֻּרִים m. pl. aves, quæ *saginatæ* Salomonis mensæ apponebantur 1 Reg. 5, 3 (4, 23). Bochart, *selectissima quæque altilia* esse putat. — Rad. בָּרַר.

בָּרַד pr. *sparsit* (cf. פָּרַד), hinc *sparsit grandinem*, *grandinavit* Jes. 32, 19. Indè

בָּרָד m. *grando* Ex. 9, 18. Ps. 18, 13, etc. אַבְנֵי בָרָד *lapides grandinis*, de ipsâ grandine, v. אֶבֶן.

בָּרֹד m. pl. בְּרֻדִים; *maculis sparsus*, *maculosus*, de hircis Gen. 31, 10, 12, de equis Zach. 6, 3, 6. Sic lat. *sparsas albo pelles* dixit Virg. Ecl. 2, 41. Differt à נָקֹד, cui jungitur Gen. l. c., quod minora puncta designat.

בֶּרֶד n. pr. 1) loci Gen. 16, 14. — 2) viri 1 Par. 7, 20.

בָּרָה; fut. יִבְרֶה; 1) *comedit* 2 Sam. 12, 17. 13, 6, 10. בָּרָה לֶחֶם idem est quod אָכַל לֶחֶם v. אָכַל. — 2) *genuit*. — 3) *pinguis fuit*. — 4) *elegit*, ut בָּרַר 1 Sam. 17, 8.

Pih. infin. בָּרוֹת *comedere* Thren. 4, 10.

Hiph. הִבְרָה; infin. הַבְרוֹת; fut. יַבְרֶה, undè cum suff. הַבְרֵנִי; *comedendum dedit*, sq. duobus acc. 2 Sam. 3, 35. 13, 5. — Deriv. בַּר, בְּרִי, בְּרִית, בָּרוּת, בְּרִיָּה.

בָּרוּךְ n. pr. 1) prophetæ, Jer. 32, 12, et. — 2) alior. viror. Neh. 3, 20. 10, 7. 11, 5.

בְּרוֹמִים m. pl. Eze. 27, 24 *vestes polymitæ*, ut rectè Kimchius. Arab. برم (berîm) est *funiculus contortus bicolor*, et مبرم (mobrem) *vestis ex ejusmodi filis contexta*. — Rad. برم.

בְּרוֹשׁ m. pl. בְּרוֹשִׁים; 1) *cupressus*, arbor procera Jes. 55, 13 et fructifera Hos. 14, 9. Sed Vulgat. et pluribus aliis est *abies*. 1 Reg. 5, 22. Jes. 14, 8, etc. « *Cypressum*, inquit Gesenius, non *abietem*, intelligere et res ipsa jubet, et veterum interpp. auctoritas, quanquàm hoc nomen fortasse alias quoque arbores è pinorum genere comprehendebat. Vide hæc uberius exposita in Thes. p. 246. » — 2) *quod è ligno cupressino factum est*, ut *lancea* Nah. 2, 4, it. *instrumentum musicum*. 2 Sam. 6, 5.

Digitized by Google

בְּרוֹת m. pl. בְּרוֹתִים i. q. בְּרוֹשׁ, mutat. ש in ת ex Syrorum dialecto; al. *bruta*, arbor (de quâ Plinius. 12, 17) cupresso similis. Cant. 1, 17. — Rad. ברת.

בְּרוּת f. *cibus*, *alimentum* Ps. 69, 22. — Rad. בָּרָה.

בְּרוֹתָה et בְּרוֹתַי n. pr. urbis quæ in ditione regis Syriæ Sobææ fuit 2 Sam. 8, 8 et Damascum inter et Hamath *interponitur* Eze. 47, 16, undè Berytum Phœnices urbem esse, quod plerique volunt, non videtur.

בִּרְזוֹת 1 Par. 7, 31 in Chethib n. pr. forsan mulieris.

בַּרְזֶל m. 1) *ferrum* Gen. 4, 22. Eze. 27, 12. 19, etc. Sæpè adhibetur ad duritiem et firmitatem adumbrandam, sic Ps. 2, 9. Jes. 48, 4. — 2) *instrumentum ferreum* Deut. 27, 5. Jos. 8, 31: 2 Reg. 6, 5, *vinculum ferreum* Ps. 105, 18, plenè כֶּבֶל בַּרְזֶל 149, 8. — Quod ad etymon. spectat, latet omninò; nam, quod nonnulli volunt, vocabulum istud derivari à Chald. et Talmud. בְּרַז *transfixit*, *transfodit*, addito ל, id à longè nimis petitum videtur; quippè *transfigendi* notionem inter et *ferrei metalli*, nulla prorsus exstat analogia. Cæterum Radix esse possit inusit. בזל inserto, ut sæpè, ר (vid. sub litter. ר).

בַּרְזִלַּי n. pr. viror. 2 Sam. 17, 27. 19, 32 — 39: 1 Reg. 2, 7. Esr. 2, 61.

בָּרַח, inf. constr. בְּרֹחַ; imper. בְּרַח; fut. יִבְרַח; 1) *transiit*, *pertransiit* (german. durchschneiden, durchbrechen); sic Ex. 36, 33: *et fecit vectem medianum, qui transiret per medios asseres ab uno extremo ad alterum.* — 2) *fugit*, *aufugit* (germ. durchbrechen, durchgehen). Constr. absol. Gen. 31, 22, 27: 1 Sam. 19, 18, cum acc. loci, quò fugitur 1 Sam. 27, 4, it. sq. לְ Neh. 13, 10, אֶל Num. 24, 11 et מִן loci, ex quo fugitur 1 Sam. 20, 1. Is, qui fugitur, exprimitur prævio מִפְּנֵי Gen. 16, 8, 55, 1. e, מִלִּפְנֵי Jon. 1, 3, מִן Jes. 48, 20, מִיַּד (*è manu* i. e. *potestate ejus*) Job 27, 22, מֵאֵת 1 Reg. 11, 23, Differt à הִמְלִיט *elabi*. 1 Sam. 19, 12: וַיֵּלֶךְ וַיִּבְרַח וַיִּמָּלֵט *abiit, aufugit et elapsus est*. Imperativo sæpè additur Dat., בְּרַח לְךָ Gen. 27, 43. Num. 24, 11. Am. 7, 12 (cf. gall. *s'enfuir*).

Hiph. הִבְרִיחַ; part. מַבְרִיחַ; *transiit*, *pertransiit* 1) Ex. 26, 28. — 2) *in fugam conjecit*, *fugavit* Job 41, 20, it. *expulit*, *abegit* Neh. 13, 28. — Deriv. בְּרִיחַ. מִבְרָח et

בָּרִיחַ m. *fugitivus*, *fugax* de serpente naturali Jes. 27, 1, hinc *sidus draco*, *draco borealis* Job 26, 13.

בְּרִי m. f. בְּרִיָּה 1) *pinguis* Eze. 34, 20, ubi plures codices habent בְּרִיאָה. — 2) *serenitas* Job 37, 11. desumptâ signif. à בָּרַר. Notio ista huic loco sola apta videtur. Alii, ב ut servili habito, deducunt à רָוָה (ut sit pro רְוִי, veluti אֵי pro אֲוִי). Sic inter alios Winer (ad Lexic. Simonis), qui tamen vertit *serenitas* ad verbum טָרַח. — Rad. בָּרָה.

בְּרִי n. pr. viri 1 Par. 7, 36.

Digitized by Google

בָּרִיא m. f. בְּרִיאָה ; pl. m. בְּרִיאִים, constr. בְּרִיאֵי ; pl. f. בְּרִיאוֹת ; *saginatus*, *pinguis* Gen. 41, 25. Jud. 3, 17. Dan. 1, 15. Hab. 1, 16. Fem. הַבְּרִיאָה coll. *pecus pingue* Eze. 34, 3. Zach. 11, 16. — Rad. ברא .

בְּרִיאָה f. *res creata*, nova, inaudita. Num. 16, 30. — Rad. בָּרָא .

בְּרִיָּה f. *cibus*. 2 Sam. 13, 5, 7, 10. — Rad. בָּרָה .

בָּרִיחַ m. (pro בַּרְחַ, formæ צַדִּיק) ; pl. בָּרִיחִים ; 1) *fugitivus* Jes. 43, 14, et forsan 15, 5 ut habent interpr. Chald., Arab. et Kimchi, quamquàm alii cum Vulgat. *vectes* seu *principes* tenent. — 2) n. pr. viri 1 Chron. 3, 22. — Rad. בָּרַח .

בְּרִיחַ m. pl. בְּרִיחִים constr. בְּרִיחֵי ; suff. בְּרִיחָיו ; *lignum transversum*, *vectis* quo ab uno latere ad alterum per annulos trajecto singuli in tentorio sacro asseres conjungebantur, Ex. 26, 26, etc. Num. 3, 36. 4, 31. — 2) *repagulum*, *vectis* portæ claudendæ Jud. 16, 3. Neh. 3, 3, etc. *Terræ repagula*, i. e. vectes portæ, quâ in penetralia terræ i. e. in infernum descenditur Jon. 2, 7. — Metaphor. *vectis* dr. pro *principe*, quatenùs tuendæ civitati operam dat (v. בַּד sed de Hos. 11, 6). Sed de Jes. 15, 5. בְּרִיחָיָה, vid. בָּרִיחַ .

בְּרִיעָה n. pr. viror. Gen. 46, 17 : 1 Par. 7. 23. 8, 13. 23, 10.

בְּרִיעִי n. patron. Num. 26, 44.

בְּרִית f. suff. בְּרִיתוֹ ; 1) *fœdus* quodcumque sive hominis cum homine, sive Dei cum homine sancitum. De fœdere constituendo et sanciendo utuntur verbis הֵקִים, נָתַן, שׂוּם, כָּרַת, עָבַר בְּ, בוֹא בְּ, שִׁכֵּר בְּ, הֵפֵר, חִלֵּל, עָזַב . — 2) *conditio fœderis*, nimirum a) *promissio* Num. 18, 19 : 2 Sam. 23, 5, et sæpiùs b) *præcepta* Dei ab Israële servanda, i. e. *lex divina*, *decalogus* Num. 10, 33. Deut. 4, 13. 9, 9, etc. — 3) *signum fœderis* Gen. 17, 10, 13. — * Quoad etymon, omnes ad unum, et quidem meritò ad Rad. בָּרָה, vocab. בְּרִית referunt, sed adscitâ *dissectionis* notione, quia nimirum, animalium dissectio in pangendis fœderibus usitata erat; sed nobis vero similius videtur בְּרִית pr. *cibum* (*repas*) signare quia : 1° absque sufficienti ratione sensus *concîdendi*, *dissecandi* ver. 50 בָּרָה tribuitur ; nullibi etenim hoc sensu usurpatur ; 2° cætera hujus verbi derivata *cibum* significant, et nullo modo *dissectionem* ; 3° carnes animalium edere solebant qui pangebant fœdus. Vide quæ adnotavimus tùm in *Chrestomathie hébraïque*, pag. 64, tùm in *Le Pentateuque avec une traduction française*, etc. *Tom. I.* Genèse, p. 36.*

בֹּרִית f. pr. *res purgatoria*, *res purgandi vim habens* (à בֹּרִי inus., quod ipsum est à בֹּר cum termin. fem. ת—), *smegma* special. *sal lixivii*, *sal alcali* (*potasse*) maximè vegetabile (minerale enim נֶתֶר vocatur), è cineribus nonnullarum plantarum salsuginosarum factum, quod oleo permixtum in vestibus et metallis purgandis apud veteres adhibebatur, Jer. 2, 22. Mal. 3, 2. — Rad. בָּרַר .

Digitized by Google

בָּרַךְ ; part. pass. בָּרוּךְ , constr. בְּרוּךְ ; pl. בְּרוּכִים et בְּרֻכִים (infin. abs. בָּרוֹךְ pertinet ad Pihel, ubi vid.) ; fut. יִבְרַךְ ; 1 pers. pl. cum ה parag. נְבָרְכָה ; 1) *genua flexit*, *in genua procubuit* (denom. à בֶּרֶךְ *genu*) Ps. 95, 6 : 2 Par. 6, 13. — 2) *laudavit*, maximè Deum, *fausta apprecatus est*, *benedixit*. Sæpè ità in Pih., in Kal verò tantùm in Part. pass. בָּרוּךְ *laudatus*, *benedictus* (LXX. εὐλογημένος, εὐλογητός), Gen. 9, 26. 26, 29 : 2 Sam. 2, 5. Jes. 65, 23. Ruth 3, 10. Ps. 115, 15, etc.

Niph. נִבְרַךְ *benedictus est* Gen. 12, 3. 18, 18. 28, 14. Vid. Hithpah.

Pih. בֵּרַךְ ; Part. מְבָרֵךְ ; inf. abs. בָּרוֹךְ (pro בַּרוֹךְ , forma קָטוֹל , יָסוֹר), constr. בָּרֵךְ , cum suff. בָּרְכוֹ ; imper. בָּרֵךְ , pl. בָּרְכוּ et בָּרֲכוּ ; fut. יְבָרֵךְ , conv. וַיְבָרֶךְ , cum ה parag. יְבָרְכָה , cum suff. יְבָרֶכְךָ , simulque cum נ epenthet. יְבָרֶכְנְךָ , יְבָרֶכְנְהוּ ; 1) Deum *invocavit*, *laudavit*, *celebravit*, *veneratus est*, quod fit genubus flexis, (cf. 2 Par. 6, 13. Ps. 95, 6. Dan. 6, 11). Constr. sq. acc. (ut γονυπετεῖν τινα Matth. 17, 14). Ps. 104, 1. 26, 12, etc., rarò sq. לְ 1 Par. 29, 20. Job 2, 9 : בָּרֵךְ אֱלֹהִים וָמֻת *lauda Deum et morere* i. e. quantum vis Deum laudabis et celebrabis, tamen tibi mox moriendum est, vana igitur tua erga Deum pietas. Verba sunt mulieris impiæ. Plenius dicitur בֵּרַךְ שֵׁם יְהוָה *invocavit nomen Jehovæ* Ps. 96, 2 et בֵּרַךְ בְּשֵׁם יְהוָה (ut קָרָא בְשֵׁם יי) Deut. 10, 8. 21, 5. Semel de invocatione idolorum Jes. 66, 3, adeoque de propriâ laude Ps. 49, 19. — 2) *fausta* alicui *apprecatus est* numine invocato כְּשֵׁם יְהוָה Ps. 129, 8 : 1 Par. 16, 2, *benedixit alicui* Gen. 27, 27, 28. Dicitur de piis votis et precibus, Gen. 27, 4. Lev. 9, 22, 23. Num. 6, 23, Deut. 27, 12. — 3) *benedixit* Deus homini aliisque rebus creatis ut feliciter cedant et fausta incrementa capiant Gen. 1, 22. 9, 1. 12, 2. Ex. 23, 25. Job 1, 10. Prov. 3, 33, etc. — 4) *salutavit* 2 Reg. 4, 29. Prov. 27, 14. Dicitur de adveniente Gen. 47, 7. 2 Sam. 6, 20, de discedente et valendicente Gen. 47, 10. 1 Reg. 8, 66, item de præsentibus, qui salvere jubent advenientem 1 Sam. 13, 10, et discedentem bonis votis prosequuntur Gen. 24, 60. Jos. 22, 6. 7. — 5) In malam partem *execratus est maledixit* 1 Reg. 21, 10. Ps. 10, 3. Job 1, 5, 11. 2, 5.

Puh. בֹּרַךְ , part. מְבֹרָךְ , f. מְבֹרֶכֶת , plur. m. מְבֹרָכִים , undè cum suff. מְבֹרָכָיו ; fut. יְבֹרַךְ ; 1) *laudatus est* Deus Job 1, 21. — 2) *benedictus* i. e. *prosperatus est* à Deo, sq. מִן rei Deut. 33, 13.

Hiph. הִבְרִיךְ ; fut. conv. וַיַּבְרֵךְ ; *in genua procumbere fecit* camelos, ut quiescerunt et biberent Gen. 24, 11. Vide אַבְרֵךְ pag. 8.

Hithpah. הִתְבָּרֵךְ ; part. מִתְבָּרֵךְ ; fut. יִתְבָּרֵךְ ; 1) *benedixit sibi* Deut. 29, 18. — * 2) *benedictus est* Gen. 22, 18. 26, 4. Sic LXX. et Chald. (Cf. Gal. 3, 8) ; hoc sensu passivo vertenda sunt cætera loca, veluti Jes. 65, 16. Jer. 4, 2. Ps. 72, 17, quæ

Digitized by Google

manifestò ad Genes. loc. citat., alludunt. Verò enim simile est Formam Hithpah. antiquitùs usurpatam fuisse ad sensum passivum exprimendum, Syrorum et Cheldæorum more, qui verba passiva ex activis efformant, additâ ab initio syllabâ אֵת. Haud secus ergo explicanda Forma Niphal, quæ in formulâ de benedictione omnium gentium, occurrit Gen. 12, 3. 18, 18. 28, 14.* — Deriv. seq.

בֶּרֶךְ f. *genu*, semel Jes. 45, 23. Dual. constr. בִּרְכֵּי; constr. בִּרְכַּי; *utrumque genu* Gen. 30, 3. Jes. 66, 12. Eze. 7, 17. Job 3, 12, etc. — Indè verbum בָּרַךְ.

בַּרְכְּאֵל n. pr. viri Job 32, 2. 6.

בְּרָכָה semel בְּרֵכָה (Gen. 27, 38) f. constr. בִּרְכַּת, suff. בִּרְכָתִי; pl. בְּרָכוֹת constr. בִּרְכוֹת 1) *benedictio*, *adprecatio boni* Gen. 27, 12 sq. 33, 11. — 2) prosperitas, *felicitas*, quæ alicui (divinitùs) contingit Gen. 39, 5. Ps. 3, 9, etc. Nonnunquam sequitur Genit. ejus cui Deus benedixit: Sic *benedictio Abrahami*, est benedictio quâ Deus Abrahamo benedixit Gen. 28, 4. — 3) metonym. *prosperatus*, *fortunatus* Gen. 12, 2. Zach. 1, 13. Ps. 21, 7. — 4) *munus*, *donum*, Gen. 33, 11: 1 Sam. 25, 27. 30, 26, etc. נֶפֶשׁ בְּרָכָה *anima munifica*, i. e. homo munificus Prov. 11, 25. — 5) *pax* 2 Reg. 18, 31. Jos. 36, 18. — 6) n. pr. vallis in deserto propè Thecue 2 Par. 20, 26, it. n. pr. viri 1 Par. 12, 3.

בְּרֵכָה f. constr. בִּרְכַּת; pl. בְּרֵכוֹת; *stagnum*, *piscina*, pr. talis, ad quam cameli potaturi procumbunt (vid. חִבְרִיךְ) 2 Sam. 2, 13. Nah. 2, 9. Jes. 22, 11, etc. Eccl. 2, 6, etc. Cant. 7, 5. Hodiè adhuc Arabes Jemanenses *Birké* vocant receptaculum quoddam aquæ stagnantis, undè cameli adaquantur. Cf. hispan. *Alberca*.

בֶּרֶכְיָה n. pr. viror. 1 Par. 3, 20. 9, 16. Neh. 3, 4, 30.

בֶּרֶכְיָהוּ (id.). Zach. 1, 7: 1 Par. 6, 24: 2 Par. 28, 12.

בָּרְנֵעַ v. בַּרְנֵעַ קָדֵשׁ.

בֶּרַע n. pr. viri Gen. 14, 2.

בָּרַק; imper. בְּרוֹק; *fulguravit* Ps. 144, 6. — Deriv. בָּרָקִים, בָּרֶקֶת, et

בָּרָק m. constr. בְּרַק; pl. בְּרָקִים: suff. בְּרָקָיו 1) *fulgur* Job 38, 35. Dan. 10, 6. Collect. *fulgura* Ps. 144, 6: 2 Sam. 22, 15. Eze. 1, 13. — 2) Deut. 32, 41. Eze. 21, 15, 33. Nah. 3, 3. Hab. 3, 11. — 3) *gladius coruscans* Job 20, 25. — 4) n. pr. viri Jud. 4, 6 sq. 5, 1, 12, 15.

בְּרַק, vide בְּנֵי בְרַק p. 100.

בַּרְקוֹס n. pr. viri Esr. 2, 53. Neh. 7, 55.

בָּרָקִים m. pl. vulgò genus *spinarum*, *tributi* vertitur, sed melius fortasse *tribulæ* seu instrumenta, quibus in triturando uti solent, facta ex tabula lignea crassiore infra ferro vel lapidibus *pyritis*, quibus Palæstina abundat, munita et asperata, ut comminuantur frumenta Jud. 8, 7, 16.

בָּרֶקֶת f. Ex. 28, 17 et בָּרֵקֶת Eze. 28, 13 *gemmæ* species, à *fulgore* dicta. LXX. Vulgat. et Josephus *smaragdum* reddunt, idque proli-

Digitized by Google

xius vindicavit Braunius (*De vest. sacerdott.*) — Rad. בָּרַק.

בָּרַר, præt. 1 pers. בָּרוֹתִי; part. pass. בָּרוּר, f. בְּרוּרָה; pl. m. בְּרוּרִים, f. בְּרֻרוֹת; infin. cum suff. בָּרֹם Eccles. 3, 18; 1) *separavit, sejunxit* Eze. 20, 38. — 2) *selegit, elegit.* 1 Par. 7, 40. 16, 41. Nehem. 5, 18. — 3) seq. לְ, *destinavit* 1 Par. 9, 22. — 4) *separavit* et *removit* impura, *purgavit* sagittam ab ærugine, *polivit, cuspidavit, acuit* eam Jes. 49, 2. Translatè dicitur de labio seu sermone *puro, casto* Soph. 3, 9, *verace, justo* Ps. 19, 9. Hinc adverb. Jos, 33, 3: שְׂפָתַי בָּרוּר מִלֵּלוּ *labia mea purè* i. e. verè, infucatè *eloquuntur.* — 5) *exploravit, indagavit* Eccl. 3, 18.

Niph. נְבַר; imp. pl. חִבְּרוּ; *purgavit se* Jes. 52, 11. Part. נָבָר *purus* i. e. *integer, pius.* 2 Sam. 22, 27. Ps. 18, 27.

Pih. inf. בָּרֵר *purgare* Dan. 11, 35.

Hiph. inf. חָבַר; imp. pl. חִבְּרוּ; *purgavit* sagittam i. e. acuit Jer. 51, 11, frumentum in areâ Jer. 4, 11.

Hithpa. הִתְבָּרֵר; fut. יִתְבָּרַר sed 2 Sam. 22, 27, legitur תִּתְבָּר pro תִּתַּבָּר; 1) *purgavit se, emendavit se* Dan. 12, 10. — 2) *purum*, i. e. *castum sanctum se gessit* 2 Sam. 22, 27. — Deriv. בֹּר, בְּרִית, בַּרְבָּרִים.

בִּרְשַׁע n. pr. viri Gen. 14, 2.

בְּשׂוֹר, ubique cum art. הַבְּשׂוֹר n. pr. torrentis qui propè Gazam in mare Mediterran. illabitur 1 Sam. 30, 9, 10, 21.

בְּשׂוֹרָה et בְּשֹׂרָה f. 1) *lætus nuntius* 2 Sam. 18, 22, 25, 27. — 2) *læti nuntii præmium* 2 Sam. 4, 10 Rad. בָּשַׂר.

בָּשַׂם rad. iuusit. forsan ut chald. et syr. בְּסַם, *suavis, jucundus fuit, benè oluit.* Indè:

יָאַשׁ, ut in arab. يأس, *desperavit, spem, animum abjecit*; undè Niph. נוֹאַשׁ id. seq. מִן *destitit ab* aliquo 1 Sam. 27, 1. Part. נוֹאָשׁ *desperatus* Job 6, 26. Impers. *desperatum est* Jes. 57, 10. Jer. 2, 25. 18, 12.

Pih. inf. יָאֵשׁ *spe destituere* Eccl. 2, 20.

יֹאשִׁיָּה et יֹאשִׁיָּהוּ n. pr. viror. Zach. 6, 10: 2 Reg. 23, 23 etc.

יְאַתְרַי n. pr. viri 1 Par. 6, 6, qui vers. 26, אֶתְנִי scribitur.

יָבַב undè Pih. fut. f. תְּיַבֵּב *vociferabitur*, *clamabit* Jud. 5, 28. Sic in chald. syr. et in arab. ابّ.

יְבוּל m. suff. f. יְבוּלָהּ et יְבֻלָהּ; *proventus* terræ Lev. 26, 4. Hab. 3, 16. Ps. 67, 7 etc. — Rad. יָבַל.

יְבוּס n. pr. *Jebus*, nomen antiquum Jerusalem Jud. 19, 10, 11 etc. Nom. gent. יְבוּסִי i. e. vel *Jebusæus* et collect. *Jebusæi* gens Cananæa Gen. 10, 16. Jos. 15, 63. Esr. 9, 1 etc., vel urbs ipsa Jos. 15, 8. 18, 16, et forsan poët. de Jerusalem Zach. 9, 7.

יְבָחָר n. pr. viri 2 Sam. 3, 15 etc.

יָבִין n. pr. viror. Jos. 11, 1. Jud. 4, 2. Ps. 83, 10.

יָבֵשׁ, vid. יָבֵשׁ.

Digitized by Google

יָבַל in Kal inusit. Hiph. הוֹבִיל, undè fut. יוֹבִיל; 1) *tulit, obtulit* munera Soph. 3, 10. Ps. 68, 30. 76, 12. — 2) *duxit* Jer. 31, 9. Ps. 60, 11. 108, 11. — 3) *produxit* terra.

Hoph. הוּבַל undè fut. יוּבַל; 1) *ductus est* Jes. 53, 7. Jer. 11, 19. Ps. 45, 15 etc., *delatus est* ut in sepulcrum Job 10, 19. 21, 30, 32. — 2) *allatus, oblatus est* Jes. 18, 7. Hos. 10, 6. 12, 2. — Deriv. אוּבָל, בּוּל, יִבּוּל, יִבֻּל, תֵּבֵל, et seq.

יָבָל m. 1) *ductus;* plur. יְבָלִים, undè constr. יִבְלֵי־מַיִם *ductus aquarum, aquæ ductus* Jes. 30, 25. 44, 4. Ita Symmach. et optimè Radici convenit; minùs congruit *fluminis, rivi* significatio. — 2) n. pr. viri Gen. 4, 20.

יָבַל m. undè f. יַבֶּלֶת *myrmeciis* seu *verrucis laborans* Lev. 22, 22; ità communiter Hebræi. LXX μυρμηκιῶν, Vulgat. *habens papulas;* aliis est *diffluens* sanie, sed *fluendi* notio arbitraria videtur.

יִבְלְעָם n. pr. oppid. in tribu Manasse Jos. 17, 11. Jud. 1, 27 etc.

יָבָם m. suff. יָבְמִי; *levir, mariti frater*, qui uxorem fratris aut propinqui alterius sine liberis defuncti lege mosaïcâ ducere cogebatur Deut. 25, 5-9. — Indè denom.

Pih. יִבֵּם; inf. cum suff. יַבְּמִי; imper. יַבֵּם; *leviri officium præstitit* Gen. 38, 8. Deut. 25, 5, 7.

יִבֶּמֶת fem. undè cum suff. יִבְמָתֵךְ, יִבְמָתוֹ; *fratria, uxor fratris* Deut. 25, 7, 9, it. *uxor leviri* Ruth. 1, 15. — Rad. יבם.

יַבְנְאֵל n. pr. oppid. in tribu 1) Judâ Jos. 15, 11; — 2) Nephtali Jos. 19, 23.

יַבְנֵה n. pr. oppid. ad mare Mediterraneum 2 Par. 26, 6.

יַבְנִיָּה et יִבְנְיָה n. pr. viror. 1 Par. 9, 8.

יַבֹּק n. pr. torrentis qui, Basanitis montibus oriundus, in Jordanem se dejicit Gen. 32, 23. Deut. 2, 37. Jos. 12, 2 etc.

יְבָרֶכְיָהוּ n. pr. viri Jes. 8, 2.

יִבְשָׁם n. pr. viri 1 Par. 7, 2.

יָבֵשׁ; infin. absol. יָבֹשׁ; constr. יְבֹשׁ, יְבֹשֶׁת, fut. יִיבַשׁ et יָבַשׁ, semel יָבוֹשׁ (Hos. 13, 15); *aridus fuit, exaruit, exsiccatus fuit*, de terrâ, plantis, etc. (conf. חָרַב) Gen. 8, 14. Jes. 15, 6 etc., de vi, succo vitali Ps. 22, 16. Dicitur etiam de ipso humore qui consumitur, veluti de fluviis et mari Gen. 8, 13. Joël 1, 20. Job 14, 11.

Pih. יִבֵּשׁ, undè fut. f. תְּיַבֵּשׁ, et cum suff. et ו convers. וַיַּבְּשֵׁהוּ pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ; *arefecit* Nah. 1, 4, Job 15, 30. Prov. 17, 22.

Hiph. הוֹבִישׁ; fut. יוֹבִישׁ; 1) *arefecit* Jos. 2, 10. 4, 28. — 2) *exaruit* Joël 1, 10, 12, 17, metaph. vers. 12.

יָבַשׁ, ut בּוֹשׁ, undè Hiph. הוֹבִישׁ et הֹבִאִישׁ Jes. 30, 5; 1) *pudefecit* 2 Sam. 19, 6. — 2) *pudefactus est* Jes. 30, 5. Jer. 2, 26. Joël 1, 11. Zach. 9, 5 etc. — 3) *pudenda commisit*, Hos. 2, 7. — Deriv. seq.

יָבֵשׁ m. plur. יְבֵשִׁים; f. יְבֵשָׁה, pl. יְבֵשׁוֹת; 1) *siccus, aridus* Num. 6, 3. Eze. 17, 24. Job 13, 25 etc. — 2) n. pr. oppidi Galaaditarum quod etiam יָבֵישׁ Jud. 21, 8: 1 Sam. 11, 1, 3, it. viri 2 Reg. 15, 10.

Digitized by Google

יַבֵּשׁ m. undè f. יַבֶּשֶׁת et יַבֶּשֶׁת; *aridum;* hinc בַּיַּבֶּשֶׁת *in arido, sicco pede* Ex. 14, 16. Jos. 4, 22 etc. De *terrâ, continente*, Gen. 1, 9. Ex. 4, 9. Ps. 66, 6 etc.

יִגְאָל n. pr. viror. Num. 13, 7: 2 Sam. 23, 36 etc.

יָגַב, undè part. act. pl. יוֹגְבִים et יוֹגְבִים *aratores, agricolæ* 2 Reg. 25, 12 in Keri, Jer. 52, 16. Vid. גּוּב. — Indè

יָגֵב m. undè pl. יְגֵבִים *agri* Jer. 39, 10.

יַגְבֵּהָ undè cum ה parag. יַגְבֵּחָה n. pr. in tribu Gad Num. 32, 35 etc.

יַגְדִּלְיָהוּ n. pr. viri Jer. 35, 4.

יָגָה in Kal inusit. 1) *doluit animo, mœstus fuit;* conf. vicin. יָגַע, —2) *sejunctus, remotus fuit* ut הָגָה.

Niph. part. נוּגָה pro נוּגָח undè pl. constr. נוּגֵי *mœsti* ut prohibiti *à conventu sacro* Soph. 3, 18. Plur. f. נוּגוֹת *mœstæ* Thren. 1, 4.

Pih. יִגָּה undè fut. conv. וַיִּגֶּה pro וַיְיַגֶּה *mœrore affecit* Thren. 3, 33.

Hiph. הוֹגָה; part. pl. cum suff. f. מוֹגַיִךְ; fut. pl. cum נ parag. et mutatâ tertiâ radic. ח in י, תּוֹגִיוּן; 1) *mœrore affecit, afflixit* Jes. 51, 23. Thren. 1, 5, 12. 3, 32. Job 19, 2. — 2) *removit* 2 Sam. 20, 13. — Deriv. תּוּגָה et

יָגוֹן m., suff. יְגוֹנָם; *mœror, mœstitia* Gen. 42, 38. Jes. 35, 10. Jer. 31, 13 etc.

יָגוּר n. pr. oppid. in tribu Judâ Jos. 15, 21.

יָגִיעַ m. *defessus*, undè pl. constr. יְגִיעֵי כֹחַ *defessi roboris* i. e. robore destituti Job 37, 17. — Rad. יָגַע.

יְגִיעַ m. suff. יְגִיעֲךָ, in pausâ יְגִיעֶךָ; pl. יְגִיעִים undè cum suff. יְגִיעַי; 1) *labor, defatigatio* Gen. 31, 42 — 2) meton. *quod labore comparatur, quæstus, opes* Deut. 28, 33. Jes. 45, 14 etc. — Rad. יָגַע.

יְגִיעָה f. undè constr. יְגִיעַת *fatigatio* Eccl. 12, 12. — Rad. יָגַע.

יִגְלִי n. pr. viri Num. 34, 22.

יָגַע; fut. יִיגַע et יִגַע, pl. in pausâ יִיגְעוּ et יִגְעוּ; 1) *laboravit, operatus est.* Ponitur absol. Jes. 49, 4. Job 9, 29 etc., seq. accus. Jes. 62, 15, aliàs seq. בְּ Jos. 24, 13. Jes. 47, 12. 62, 8. — 2) *defatigatus fuit* 2 Sam. 23, 10. Jes. 40, 31; seq. בְּ rei.

Pih. יִגַּע *defatigavit* Jos. 7, 3. Eccl. 10, 15.

Hiph. הוֹגִיעַ *defatigavit* aliquem, *molestus fuit* ei, seq. accus. pers. et בְּ rei, Jes. 43, 23, 24. Mal. 2, 17. — Deriv. יְגִיעַ, יָגִיעַ, יְגִיעָה et seq.

יָגֵעַ masc. *quod labore comparatum est* Job 20, 18.

יָגֵעַ m. *defatigatus, lassus* Deut. 25, 18: 2 Sam. 17, 2. Plur. יְגֵעִים *fessi, molesti, molestiâ pleni*, de sermonibus per metalepsin Eccl. 1, 8.

יָגַר Gen. 31, 47, vid. Lexic. Chald.

יָגֹר, יָגְרָתִי, יָגְרָתָה; ut גּוּר *metuit, formidavit* seq. acc. Ps. 119, 39. Job 3, 25. 9, 28, seq. מִפְּנֵי Deut. 9, 19. 28. 68.—Indè

יָגוֹר m. *metuens, timidus* Jer. 22, 25. 39, 17.

יָד c. sed sæpiùs f.; constr. יַד, suff. יָדִי, יָדְךָ, in pausâ יָדֶךָ, cum ה parag. יָדָהּ; יָדְכֶם pro יָדֵכֶם; dual. יָדַיִם, sed יָדַי Eze. 13, 18; constr. יָדֵי, suff. יָדָיו, יָדָיהוּ, יָדֵיכֶם, יָדֵי;

Digitized by Google

plur. f. יָדוֹת, constr. יְדוֹת; propriè *manus*, sed *manus cum brachio*, semel de stellionis *pedibus* Prov. 30, 28. Verùm, quia variæ sunt multæque conditiones ac officia manûs, ideò ad varia significanda transfertur. — 1) Formulæ præcipuæ in quibus primaria *manûs* notio servatur, sunt: a) *manus mea est cum* (עִם, אֵת) *aliquo* i. e. adsum, opem fero ei 1 Sam. 22, 17: 2 Sam. 3, 12: 2 Reg. 15, 19. — b) *manus mea est in, contra* (בְּ) *aliquem* i. e. vim, injuriam illi infero Gen. 37, 27. Jos. 2, 19 etc. Ità de manu Dei punienti Ex. 9, 3. Jud. 2, 15 etc., rarò tutante, opem ferente 2 Par. 30, 12. Esr. 9, 2; adde formulas similes Ex. 7, 4. Ruth. 1, 13, sed in bonam partem Jes. 25, 10. — c) *fuit manus Dei super* (עַל) *aliquem*, sæpiùs in bonam partem Esr. 7, 6, 28. 8, 18, 31; sic Jes. 1, 25, sed in malam Amos 1, 8, et ità seq. אֶל Eze. 13, 9. Sed eadem locutio, haud secus atque *invaluit*, *cecidit manus Dei super* (אֶל, עַל) *aliquem*, valet: *Spiritu Sancto inspirari cœpit vates sacer* 1 Reg. 18, 46: 2 Reg. 3, 15. Eze. 1, 3 etc.; quæ significatio ex ipsâ materiâ adjunctisque facilè deducitur; et ità Jer. 15, 17: מִפְּנֵי יָדְךָ *propter divinum spiritum tuum*, quem mihi indidisti. — d) *manum dedit, porrexit* (נָתַן) i. e. vel confirmavit aliquid 2 Reg. 10, 15, vel pollicitus est Esr. 10, 19, vel alicui sese dedidit (conf. *victas manus dare*) Jer. 50, 15: 2 Par. 30, 8 etc. Sic 1 Par. 29, 24: *dedit manum sub aliquo* i. e. ipsi se subjecit. — e) *non cum manu, cum defectu manûs* i. e. nullâ hominum ope adhibitâ, sed nutu tantùm Dei Job 34, 24. Dan. 8, 25. De Jes. 8, 11, vid. pag. 197 in חֲזָקָה. — f) יָד לְיָד *è manu, in manum* i. e. per omnes generationes et cum לא partic. neg. *nunquàm* Prov. 6, 15. — g) *manum ad, super* (לְ, עַל) *os posuit* i. e. tacuit siluit Job 21, 5. 29, 9. 40, 4. Mich. 7, 16, it. *super caput* i. e. graviter luxit 2 Sam. 13, 19. Jer. 2, 37. Aliæ perplures sunt locutiones, quarum sensus legenti faciliùs patet. Dual. יָדַיִם *utraque manus* hominis, pro plurali quandoque usurpatur Jes. 13, 7. Job 4, 3. Prov. 6, 17. — 2) Metonym. dicitur a) de *rebus, quæ manuum formam referunt;* vel *ipsarum quoquo modo vices gerunt*, ut sunt *cardines* extremis asseribus veluti manus immissi Ex. 26, 17, 19. 36, 22, 24, et *axes* rotarum qui manuum instar rotas tenent 1 Reg. 7, 32, 33; — b) de *latere*, quia manus et brachia sunt ad latera corporis. Dual. רְחַב יָדַיִם *spatiosus utroque latere, latè patens* Gen. 34, 21. Jes. 33, 21 etc. In singul. *ripa* fluvii Ex. 2, 5. Deut. 2, 37. Plur. יָדוֹת *fulcra lateralia* solii regii quæ ab utroque latere erant 1 Reg. 10, 19, et *prominentiæ laterales* basium columnarum 1 Reg. 7, 35. — c) de *loco* in genere Num. 2, 17. Deut. 23, 13. Jes. 56, 5. Eze. 21, 24, et forsan Jos. 8, 20 ut benè notat Masius in Commentar. — d) de *plagâ*, quia manu verberatur Job 20, 22; — e) pr. de *manipulo* seu parte rei capiendâ inter dividendum, hinc generatim de *parte, portione* Gen. 43, 34. 47, 24. 2. Jer. 6, 3. Dan. 1, 20 etc.

Digitized by Google

— f) de *potestate*, *robore* quæ in manibus præsertim sedem habent Jes. 28, 2. Ps. 76, 6; hinc de *potentiâ* Ez. 14, 31, *auxilio* Deut. 32, 36, et *ductu*, *instituto* 1 Par. 23, 18. Esr. 3, 10 etc.; ità probabiliùs Job 27, 11: *docebo vos de Dei agendi ratione* i. e. de iis quæ Deus agere solet in suo rerum humanarum regimine. Hunc sensum valdè commendat hemischium alterum: *Quæ sunt apud Omnipotentem* recondita *non celabo*. —g) de *monumento*, quia manu monstramus et indicamus 1 Sam. 15, 12: 2 Sam. 18, 18. — 3) Cum præpositionibus varios induit significatus, quandoque propriam vim nominis amittit, ut ubiquè ex orationis serie legenti facilè patet: a) בְּיַד פ׳ *ope*, *ministerio alicujus* Ex. 4, 13. Num. 15, 23. Jer. 37, 2 etc., *cum* (*avec*) Gen. 32, 14: 1 Sam. 14, 34 etc., *penès* Gen. 9, 2. Ex. 4, 21. Eccl. 7, 25 etc., *coram*, *in conspectu* 1 Sam. 21, 14. Job 15, 23. — b) כְּיַד in formulâ כְּיַד הַמֶּלֶךְ *pro manu regis*, est forsan *pro liberalitate regiâ* 1 Reg. 10, 13. Esth. 1, 7. 2, 18. — c) לְיַד *ad latus*, *juxta* 1 Sam. 19, 3. Prov. 8, 3 etc. — d) מִיַּד פ׳ *è potestate alicujus*, sæpiùs servatâ manûs vel brachii imagine. — e) עַל יַד, עַל יְדֵי seq. nomine loci (excipe 2 Par. 17, 15, 16) *ad latus*, *juxta*; seq. nomine personæ, post verba tradendi, mandandi, *super manum*, *in manus* Gen. 42, 37. Jer. 18, 21 etc., vel *ductu*, *more*, *ad modum* Esr. 1, 8: 1 Par. 25, 3 etc. — Quoad etymon. referunt permulti יַד ad יָדָה *manu projecit* vel *protendit*, sed videtur esse nomen primitivum.

יִדְאַלָּה n. pr. oppid. in tribu Zabulon Jos. 19, 15.

יִדְבָּשׁ n. pr. viri 1 Par. 4, 3.

יָדַד undè pl. יָדוּ 1) ut יָדָה, *jecit*, *projecit* sortem Joël 4, 3. Nah. 3, 10. Obad. 1, 11. — 2) ut דוּד, *dilexit*, undè — Deriv. יְדִידוּת, יְדִיד.

יָרָה; undè imper. pl. יִדּוּ *projicite*, *jaculamini* Jer. 50, 14. Conf. coguat. יָדַד.

Pih. infin. constr. יַדּוֹת; fut. conv. plur. וַיִּדּוּ pro וַיְיַדּוּ; ut in Kal *projecit* Zach. 1, 4. Thren. 3, 53.

Hiph. הוֹדָה undè pl. הוֹדִינוּ; part. מוֹדֶה, pl. מוֹדִים; infin. constr. הוֹדוֹת; imper. pl. הוֹדוּ; fut. יוֹדֶה et servatâ præform. יְהוֹדֶה, cum. suff. אוֹדְךָ, in pausâ et cum נ epenth. אוֹדֶךָּ, servatâ præform. ה, אֲהוֹדֶנּוּ; 1) *professus*, *confessus est* seq. accus. Prov. 28, 13, עַל Ps. 32. 5. — 2) *laudavit*, *celebravit* seq. acc. Gen. 29, 35: 1 Reg. 8, 33. Ps. 7, 18 etc., לְ Ps. 75, 2. Esr. 3, 11: 1 Par. 29, 13 etc.

Hitph. הִתְוַדָּה; part. מִתְוַדֶּה, pl. מִתְוַדִּים; infin. cum suff. הִתְוַדָּתוֹ; fut. יִתְוַדֶּה; 1) *confessus est* Dan. 9, 4, seq. accus. rei Lev. 5, 5. 16, 21. 26, 40, עַל rei Neh. 1, 6. 9, 2. — 2) *celebravit* seq. לְ 2 Par. 30, 2. — Deriv. תּוֹדָה, חִידוּת.

יִדּוֹ n. pr. viror. 1 Par. 27, 21. Esr. 10, 42.

יָדוֹן n. pr. viri Neh. 3, 7.

יִדּוּעַ n. pr. viror. Neh. 10, 22. 12, 11.

יְדוּתוּן, יְדִיתוּן et יְדִתוּן n. pr. Levitæ, qui à Davide choro musico præfectus erat, nec non posterorum qui

Digitized by Google

arti musicæ operam dabant 1 Par, 9, 16. Neh. 11, 17. Ps. 29, 1 etc.

יְדִי n. pr. in Keri Esr. 10, 42, ubi Chethib יִדּוֹ refert.

יָדִיד m. undè constr. יְדִיד, suff. יְדִידִי, pl. יְדִידִים, suff. יְדִידֶיךָ; f. יְדִידָה, pl. יְדִידוֹת; 1) *dilectus, amicus* Deut. 33, 12. Jes. 5, 1. Ps. 60, 7 etc. — 2) *amabilis, jucundus* Ps. 84, 2, et substant. *suavitas*, al. *amor* Ps. 45, 2.— Rad. יָדַד.

יְדִידָה n. pr. mul. 2 Reg. 22, 1.

יְדִידוּת f. *objectum dilectionis* Jer. 12, 7. — Rad. יָדַד.

יְדִידְיָה n. pr. viri 2 Sam. 12, 25.

יְדָיָה n. pr. viror. Neh. 3, 10: 1 Par. 4, 37.

יְדִיעֲאֵל n. pr. viri 1 Par. 7, 6.

יְדִיתוּן vid. יְדוּתוּן.

יִדְלָף n. pr. viri Gen. 22, 22.

יָדַע; pl. cum ן parag. יְדָעוּן; part. act. יוֹדֵעַ, suff. יוֹדְעוֹ; pl. יוֹדְעִים, constr. יוֹדְעֵי, suff. יוֹדְעֶיךָ; f. יֹדַעַת; part. pass. יָדוּעַ undè constr. יְדוּעַ, pl. יְדוּעִים; infin. absol. יָדוֹעַ; constr. דַּעַת, cum suff. דַּעְתָּהּ; imper. דַּע, cum ה parag. דָּעָה, cum suff. דָּעֵהוּ; fut. יֵדַע et semel יֵדֵע, cum ה parag. אֵדָעָה, et in pausâ אֵדָעָה, cum suff. אֵדָעֲךָ, plur. cum ן parag. יֵדָעוּן; pr., ut exemplis videtur, significat actum qui visum sequitur, ubi quis aut sensibus et mente gaudet, aut obfirmato animo non est. Igitur 1) pr. *animadvertit oculis* Ex. 2, 4. Deut. 34, 10: 1 Sam. 22, 3. Jes. 6, 9. 40, 21 etc.; it. tactu Gen. 19, 33, plerumque mente, seu *intellexit* Gen. 15, 8. Jud. 13, 21 etc. — 2) *rescivit* audiendo Gen. 9, 24. Deut. 11, 2 etc.; et *re ipsâ expertus est*, Job 5, 25. Eccl. 8, 7 et ferè ubicumquè de minis agitur. — 3) *novit, cognovit* aliquem, aliquid Gen. 29, 5. 30, 29 etc. Jes. 53, 3: יְדוּעַ חֹלִי *expertus infirmitatem.* Sæpè de venereo concubitu per euphemismum usurpatur ut Gen. 4, 1. Jud. 11, 39 etc. — 4) *scivit* aliquid; et constr. cum accus., בְּ, עַל, infin. nudo, gerundio, particip. verbo fluito et integrâ sententiâ. Gen. 43, 24. Jes. 29, 4. Jer. 1, 6. 38, 24. Job 32, 22. 37, 16. Eccl. 4, 13. Neh. 10, 29 etc.—5) *prævidit, opinatus est* Jer. 50, 24. Ps. 33, 8. Job 9, 5. Prov. 24, 22. Cant. 6, 12. — 6) *animum advertit, intendit* ad aliquid, *providit, curavit* Gen. 39, 6. Prov. 9, 13 etc., seq. בְּ Job 35, 15. Spec. dicitur a) de Deo, *curante* homines præ cæteris Amos 3, 2. Ps. 144, 3. Neh. 1, 7, vel *diligente, amante aliquem præ cæteris* Gen. 18, 19, pleniùs יָדַע בְּשֵׁם Ex. 33, 12 (Vid. quæ adnotavimus in *Le Pentateuque avec une traduction française, etc. tom. I, p.* 95; *tom. II, p.* 233); —2) de hominibus, Deum colentibus 1 Sam. 2, 12. Hos. 8, 2. Ps. 9, 11. Job 18, 21 etc. — 7) absol. *sapuit, prudentiâ polluit* Jes. 32, 4. Ps. 73, 22 etc., hinc part. יוֹדְעִים *sapientes* Job 34, 2. Eccl. 9, 11.

Niph. נוֹדַע, infin. constr. הִוָּדַע, undè cum suff. הִוָּדְעִי; fut. יִוָּדַע et יִוָּדֵעַ; 1) *cognitus, notus fuit, innotuit* Ex. 2, 14. Prov. 31, 23 etc. Impers. *notum, animadversum est* Gen. 41, 22. Ex. 33, 16.—2) *experientiâ doctus est*, i. e. *pœnas dedit* Jer. 31, 19. Prov. 10, 9.

Digitized by Google

Pih. יָדַע *scire* fecit, *indicavit* cum dupl. accus. Job 38, 12.

Puh. part. מְיֻדָּע, suff. מְיֻדָּעִי; pl. cum suff. מְיֻדָּעַי; f. מְיֻדַּעַת Jes. 12, 5 in Chethib; *notus, familiaris* Ps. 31, 12. 55, 14. Job 19, 14 etc.

Poh. præt. יוֹדַעְתִּי *indicavi* 1 Sam. 21, 3.

Hiph. הוֹדִיעַ, et הוֹדַע; part. cum suff. מוֹדִיעָם, pl. מוֹדִיעִים; infin. הוֹדִיעַ; imper. הוֹדַע, pl. הוֹדִיעוּ; fut. יוֹדִיעַ, apocop. יֵדַע, cum ה paragog. אוֹדִיעָה; constr. cum dupl. accus., vel accus. rei et בְּ aut לְ pers., vel accus. pers. et integrâ sententiâ, vel cum gerundio; et signif. 1) *scire fecit, indicavit* Gen. 41, 39. Ex. 18, 20. Jos. 4, 22. Job 26, 3. Eze. 20, 11 etc. — 2) *edocuit* Job 38, 3. Prov. 9, 9: 2 Par. 23, 13, spec. *experientiâ, pœnis* i. e. *punivit* (Conf. Niph. n. 2) Jud. 8, 16. LXX et Vulgat. *contrivit* quasi legissent (pro וַיִּדַּע) וַיָּרַע quod magis congruit.

Hoph. הוֹדַע, part. f. מוּדַעַת in Keri Jes. 12, 5; *notum factum est, innoluit* Lev. 4, 23, 28.

Hithp. infin. הִתְוַדַּע *agnoscendum se præbere* Gen. 45, 1; fut. in pausâ אֶתְוַדָּע *revelabo me* Num. 12, 6. — Deriv. מַדּוּעַ, יִדְעֹנִי, יִדְעֹנִי, דַּעַת, דֵּעָה, דַּעַ, מוֹדַעַת, מֹדַע.

יָדָע n. pr. viri 1 Par. 2, 28.

יְדַעְיָה n. pr. viri 1 Par. 9, 10 etc.

יִדְעֹנִי m. pl. יִדְעֹנִים; pr. *peritus, sapiens*, sed ubiquè in malam partem *hariolus* Lev. 19, 31. Deut. 18, 11 etc.

יָהּ m. *Jah* ut יהוה ex quo forsan decurtatum est; n. pr. Dei Ex. 15, 2. Jes. 38, 11 etc. et maximè in formulis solemnibus, ut הַלְלוּ־יָהּ *celebrate Jehovam* Ps. 104, 35. 105, 45 etc.

יָהַב *dedit, posuit*, undè præt. cum suff. יְהָבָךְ pro יָהַב לְךָ *dedit, imposuit tibi* Ps. 55, 23. Præterea usurpatur tantùm in imper. הַב, cum ה parag. הָבָה; f. הָבִי; pl. m. הָבוּ; 1) *da, cedo*, pl. *date* Gen. 29, 21. Prov. 30, 15. Ruth 3, 15 etc. — 2) *pone*, pl. *ponite, constituite* Deut. 1, 13. Jos. 18, 4: 2 Sam. 11, 15. Quoad חֲבוּ Hos. 4, 18, si correcta sit lectio, esse possit pro יָהֲבוּ *dant* (conf. רַד pro יָרַד, תַּת pro נָתַת), et אֶהֱבוּ הֲבוּ *amant dant* pro *amant dare*; Vulgat *dilexerunt afferre*. Ità 1 Sam. 2, 3: *multiplicatis loquimini* pro *multiplicatis* τὸ *loqui vestrum*. Quidam putant חֲבוּ per aphæresin dictum pro אֶהֱבוּ *amant*, ità ut, per repetitionem ejusdem vocis, intentissimus amor innuatur. Haud inscitè suspicatur Gesenius (*Lex hebr. Index I., gram. et analyt.*) auctorem scripsisse אֲהַבְהֲבוּ Conjug. Ketaltal, quod deindè separatim scriptum est אהב הבו (ut חֲפַר־פֵּרוּת Jes. 2, 20, פְּקַח־קוֹחַ et alia), undè ortum אהבו הבו. Verùm obstat conjecturæ isti littera ו quæ voci אהבו inest, quæque in exemplis allatis non occurrit — 3) adv. *age, agedùm, agite* Gen. 11, 3, 4, 7. 38, 16. Ex. 1, 9. — Deriv. הַבְהָבִים.

יָהַד verbum denomin. à יְהוּדָה.

Hithp. part. מִתְיַהֵד undè plur. מִתְיַהֲדִים *judaïsantes, judaïsmum amplectentes* Esth. 8, 17.

Digitized by Google

יְחוּדִי n. pr. viri 1 Par. 2, 47.

יְהוֹאָשׁ n. pr. 1) regis Israëlitarum 2 Reg. cap. 9 et 10. — 2) alior. viror. 1 Reg. 16, 1 : 1 Par. 2, 38 etc.

יְהוֹאָחָז et יוֹאָחָז n. pr. 1) regis Israëlis 2 Reg. 13, 1 seq. — 2) regis Judæ 2 Reg. 23, 31 seq. 2 Par. 36, 1.

יְהוֹאָשׁ et יוֹאָשׁ n. pr. 1) regis Israëlis 2 Reg. 13, 9 seq. — 2) regis Judæ 2 Reg. 11, 2. 12, 1, 20. 14, 13. — 3) alior. viror. Jud. 6, 11 etc.

יְהוּדָה n. pr. 1) *Judæ*, quarti filii Jacobi Gen. 29, 35 etc. it. tribûs ab eo ortæ Num. 7, 12. Jos. 11, 21. — 2) regni Judaïci quod tribus Juda et Benjamin complectebatur 1 Reg. 12, 23 etc.; hinc *terra, urbs Juda* i. e. Hierosolyma Jes. 19, 7 : 2 Par. 25, 28.—3) totius terræ Israëliticæ Hagg. 1, 1, 14. 2, 2. — Ubi יְהוּדָה terram i. e. *Judæam* significat ut Ps. 114, 2 est fœmin., ubi populum i. e. *Judæos*, veluti Jes. 3, 8, masc. — 4) viror. Esr. 3, 9. Neh. 11, 9. 12, 8, 34, 36.

יְהוּדִי m. pl. יְהוּדִים et יְהוּדִיִּים; f. יְהוּדִיָּה; 1) nom. gentil. *Judæus, civis regni Judaïci* 2 Reg. 16, 6. 25, 25. — 2) quilibet Israëlita Jer. 32, 12. Esth. 2. 5. 4, 7. Dan. 3, 8 : 1 Par. 4, 18 etc. — 3) n. pr. viri Jer. 36, 14, 21.

יְהוּדִית f. 1) adv. *judaicè, linguâ judaicâ* 2 Reg. 18, 26. Neh. 13, 24. — 2) n. pr. mul. Gen. 26, 34.

יְהוָה nomen Dei proprium *Æternus* (*l'Éternel*), deductum à Rad. חָיָה *vixit, fuit.* Huic origini alluditur Ex. 3, 14. Conf. Apocalyps. 1, 4 : ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Vulgò putant et quidem meritò puncta nominis יהוה translata esse, ex אֲדֹנָי, quod Judæi יהוה, tanquam nomen sanctum efferre veriti, *Adonei* pronunciabant; scribendum quidem fuisse, יַהְוָה, sed punctatores hîc Scheva simplex pro composito posuisse; quæ si sint dubia, certum est saltem יהוה, cum præfixis sequi punctationem nominis אֲדֹנָי ut בַּיהוָה *per Æternum* Jud. 1, 1, לַיהוָה, *Æterno*, Ps. 16, 2. הַיהוָה, *an Æternus*, Jer. 8, 19. et ubi cum אֲדֹנָי occurrit, recipere puncta nominis אֱלֹהִים, ut יְהוָה, 2 Sam. 7, 18. 19, 20, 29. Eze. 5, 5, undè cum præfixo לַיהוָה, Ps. 68, 21. Præterea LXX Κύριος habent pro יהוה. — Notand. ubi junguntur simul duo nomina יְהוָה אֱלֹהִים, appositionem esse, non autem statum constructionis, undè vertendum est *Jehova Deus, Jehova æternus* : ut, Gen. 2, 4. Jon. 4, 6 : 1 Chron. 17, 16. יהוה, utpotè nomen proprium in constructione esse non potest; undè cùm reperitur יְהוָה צְבָאוֹת, supplend. אֱלֹהֵי, sicut plenè scribitur in יְהוָה אֱלֹהֶיךָ; יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֶיךָ.

יְהוֹזָבָד n. pr. viror. 2 Reg. 12, 22 : 1 Par. 26, 4 etc.

יְהוֹחָנָן et יוֹחָנָן n. pr. viror. 2 Reg. 25, 23 : 2 Par. 17, 15 etc.

יְהוֹיָדָע n. pr. viri 2 Sam. 8, 18 : 1 Par. 12, 7 etc.

יְכָנְיָה, יוֹיָכִין, יְהוֹיָכִין, יְכָנְיָהוּ et כָּנְיָהוּ n. pr. regis Judæ 2 Reg. 24, 6. Jer. 22, 24. 24, 1. 27, 20. Eze. 1, 2. Esth. 2, 6 etc.

יְהוֹיָקִים n. pr. regis Judæ 2 Reg. 23, 34. Jer. 1, 3.

יְהוֹיָדִיב et יוֹיָדִיב n. pr. viri Esr. 8, 16 : 1 Par. 9, 10 etc.

יְהוּכַל et יוּכַל n. pr. viri Jer. 37, 3. 38, 1.

Digitized by Google

יְהוֹכָרֵב et יוֹכָרֵב n. pr. viror. 2 Sam. 13, 3: 2 Reg. 10, 15 etc.

יְהוֹנָתָן et יוֹנָתָן n. pr. viror. 1 Sam. 13, 2. Jer. 37, 15 etc.

יְהוֹסֵף n. pr. *Josephus* Ps. 81, 6 ubi poëticè populum israëliticum signat. Vid. יוֹסֵף.

יְהוֹעַדָּה n. pr. viri 1 Par. 8, 36, pro quo 9, 42 יַעְדָּה.

יְהוֹעַדָן n. pr. mul. 2 Par. 25, 1, et 2 Reg. 14, 2 ubi in Keri יְהוֹעַדִּין refertur.

יְהוֹצָדָק n. pr. viri Hagg. 1, 1 etc.

יְהוֹרָם et יוֹרָם n. pr. 1) regis Judæ 1 Reg. 22, 51 etc. — 2) regis Israëlis 2 Reg. 1, 17 etc. — 3) alior viror. 1 Par. 26, 25: 2 Par. 17, 8.

יְהוֹשֶׁבַע et יְהוֹשַׁבְעַת n. pr. mul. 2 Reg. 11, 2: 2 Chron. 22, 11.

יְהוֹשֻׁעַ, יְהוֹשֻׁעַ et יֵשׁוּעַ n. pr. viror. Ex. 17, 9: 1 Sam. 6, 14: 2 Reg. 23, 8. Zach. 3, 1 etc.

יְהוֹשָׁפָט n. pr. 1) regis Judæ 1 Reg. 15, 24 etc. — 2) alior. viror. 2 Sam. 8, 16: 1 Par. 11, 43 etc.

יָהִיר m. *superbus, arrogans* Hab. 1, 5. Prov. 21, 24. — Rad. יָהַר in chald. et talm. *elatus, superbus fuit.*

יְחַלְלֵאל n. pr. viror. 1 Chron. 4, 16: 2 Chron. 29, 12.

יָהֲלֹם m. *gemmæ duræ* genus Ex. 28, 18. 39, 11. Eze. 28, 13. LXX et Vulgat. *jaspis*, sed apud Eze. copulatur cum יַשְׁפֵה quod *jaspidem* significare vix dubium est. Braunius inter multos *adamantem* intelligit; alii aliter. — Rad. הָלַם.

יַהַץ et יַהְצָה n. pr. urbis Moabiticæ primùm, dein sacerdotum tribûs Ruben. Num. 21, 23. Jos. 13, 18 etc.

יוֹאָב n. pr. viror. 2 Sam. 2, 24 etc.

יוֹאָח nom. pr. viror. 2 Reg. 18, 18 etc.

יוֹאָחָז vid. יְהוֹאָחָז.

יוֹאֵל n. pr. 1) prophetæ Joël 1, 1. — 2) viror. 2 Sam. 8, 2: 1 Par. 6, 21 etc.

יוֹאָשׁ n. pr. vid. יְהוֹאָשׁ.

יוֹב n. pr. viri Gen. 46, 13.

יוֹבָב n. pr. viror. Gen. 10, 29. 36, 53. Jos. 11, 1 etc.

יוֹבֵל et יֹבֶל c. vocab. forsan, ut suspicatur Gesenius, onomatopoët., significans *jubilum*, seu *lætum clamorem*, dein ad *tubæ clangorem, classicum* translatum, ut תְּרוּעָה q. vid. Hinc 1) קֶרֶן הַיּוֹבֵל *cornu jubili* i. e. cornu quo classicum canitur Jos. 6, 5, et ellipticè יוֹבֵל Ex. 19, 13; pl. שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים et שׁוֹפְרוֹת יוֹבְלִים *tubæ jubili* i. e. quibus classicum canitur Jos. 6, 4. 6, 8, 13. — 2) שְׁנַת הַיּוֹבֵל *annus jubili*, *annus jubileus*, ità dictus à *clangore tubarum* Lev. 25, 13, 15, 31, 40, et ellipt. יוֹבֵל vers. 10, 28, 30, 33. Num. 36, 4. — Rad. ut vulgò volunt יָבַל in Hiphil *produxit*, *protraxit* sonum, sed parùm probab.

יוֹבֵל masc. 1) *decursus* (*courant*) aquarum Jer. 17, 8. — 2) n. pr. viri Gen. 4, 21. — Rad. יָבַל.

יוֹזָבָד n. pr. viror. Esr. 28. 33: 2 Par. 31, 13 etc.

יוֹחָכָר n. pr. viri 2 Reg. 12, 22. Vid. זָבָד.

יוֹחָא n. pr. viror. 1 Par. 8, 16. 11, 45.

יוֹחָנָן n. pr. viror. 2 Reg. 25, 23: 1 Par. 13. 4. Vid. etiam יְהוֹחָנָן.

Digitized by Google

יוֹדָע n. pr. vir, Neh. 3, 6. 12. 10 etc.

יוֹכִין vid. יְהוֹיָכִין.

יוֹקִים n. pr. viri Neh. 12, 10.

יוֹרִיב vid. יְהוֹיָרִיב.

יוֹכֶבֶד n. pr. mul. Ex. 6, 20 etc.

יוֹכַל vid. יְהוּכָל.

יוֹם m. suff. יוֹמוֹ; dual. יוֹמַיִם, in pausâ יָמָיִם; pl. יָמִים (tanquàm à sing. יָם) et termin. chald. יָמִין; cum ה parag. יָמִימָה; constr. יְמֵי. poët. יְמוֹת, cum suff. יָמֶיךָ, יָמֵיכֶם; 1) * ut אוֹר *lux*, sed spec. *lux diurna*, oppos. tenebris nocturnis, seu *pars diei in quâ lucescit;* ità Gen. 1, 5 in priori hemistichio 7, 4, 12. 8, 22 etc.* — Adv. *interdiù* Ps. 88, 2, et cum artic. הַיּוֹם id. Hos. 4, 5. Neh. 4, 16. — 2) *dies naturalis*, spatio 24 horarum respondens, græcè νυχθήμερον, Gen. 1, 5 in posteriori hemistichio, et alibi frequenter, ut edocet contextus. יוֹם יוֹם, יוֹם וָיוֹם, יוֹם בְּיוֹם, כְּיוֹם בְּיוֹם, לְיוֹם בְּיוֹם *quovis die, quotidiè*. Metonym. *iter quod uno die confici potest* Deut. 4, 2. — *Dies alicujus* spec. est a) in bonam partem *dies lætus, festus alicujus;* hinc *dies regis* i. e. vel natalis, vel inaugurationis ejus Hos. 7, 5, *dies idolorum* i. e. festa eorum 2, 15, *dies Israëlis* i. e. dies quo Israëlitæ in patriam sunt reversuri 1, 11. De die natali Job 3, 1. — b) in malam partem *dies fatalis, exitialis* 1 Sam. 26, 10. Eze. 21, 30. Obad. 1, 12. Ps. 37, 13. 137, 7. Job 18, 20; hinc *dies Madian* i. e. dies quo in pugnâ Madianitæ debellati fuêre Jes. 9, 3, *dies Jehovæ* i. e. dies quo Jehova pœnas à malis hominibus sumet Jes. 2, 12. Jer. 46, 10 etc. — 3) *tempus* in formulis seq. et maximè in plur. יָמִים quod vid. mox infrà. — Cum artic. et præp. a) הַיּוֹם *hodiè, nunc* Gen. 4, 14. 24, 12 etc., *illo tempore, tunc temporis* 1 Sam. 1, 4. 14, 1: 2 Reg. 4, 8. Job 1, 6. — b) בְּיוֹם seq. infin. (semel præter. Lev. 7, 35) *eo die, quo, tempore, quo, quùm* Gen. 2, 4. Ex. 10, 28. Jes. 11, 16 etc. — c) בַּיּוֹם *interdiù* Jer. 36, 30, *statim, mox* Prov. 12, 6. Neh. 3, 34, *nuper* Jud. 13, 10. — d) כַּיּוֹם et כְּהַיּוֹם *hoc tempore, nunc* Gen. 25, 31, *hodiè* 1 Sam. 9, 13. Neh. 5, 11, *antèà, priùs*, ubi agitur de re futurâ 1 Sam. 2, 16: 1 Reg. 22, 5. כְּהַיּוֹם הַזֶּה *nunc* Esr. 9, 7. Neh. 9, 10, *illo tempore, tunc* Gen. 39, 11, set *sicut hoc tempore* Deut. 6, 24. Jer. 44, 22, ubi כְּ pro partic. comparationis usurpatur. — e) מִיּוֹם seq. infin. *ex quo* (*depuis que*) Ex. 10, 6. Deut. 9, 24. — כָּל־הַיּוֹם *omnibus diebus, quotidiè* Ps. 42, 4. 44, 23 etc., *totâ die* (*toute la journée*) Jes. 62, 6. Ps. 32, 3 etc., *omni tempore, perpetuò* Jes. 65, 5. Ps. 52, 3. Prov. 21, 26.

Dual. יוֹמַיִם *biduum* Ex. 16, 29. 31. 22. Num. 9, 22. מִיָּמַיִם *post biduum* Hos. 6, 2.

Plur. יָמִים 1) *dies* Gen. 8, 10, 12. Adv. *aliquod tempus, aliquamdiù* 40, 4. Dan. 8, 27, pleniùs יָמִים אֲחָדִים Gen. 27, 44. Plures menses, sed non integrum annum per se significat, ut constat ex Num. 9, 22: 1 Sam. 29, 3. מִיָּמִים *aliquamdiù post* Jud. 11, 4. 14, 8. 15, 1. מִקֵּץ יָמִים id. Gen.

Digitized by Google

4, 3: 1 Reg. 17, 7. — 2) *tempus*, seclusâ omninò dierum notione Gen. 47, 8. Ex. 2, 11: 2 Sam. 21, 1 etc. כָּל־הַיָּמִים *omni tempore*, *perpetuò* Deut, 4, 40. 1 Sam. 1, 28. Jer. 31, 36 etc. Spec. *tempus vitæ, vita, ætas* Gen. 24, 1. 43, 9. Jos. 13, 1 etc. Haud rarò יָמִים in accus. pleonast. postponitur vocabulis tempus certum designantibus Gen. 41, 1. Deut. 21, 13. Jer. 28, 3 etc. — 3) temporis significatus ad quiddam *certum temporis spatium*, *annum* videlicet restringitur Lev. 25, 29. זֶבַח הַיָּמִים *sacrificium anniversarium* 1 Sam. 2, 19. לַיָּמִים, מִיָּמִים יָמִימָה *quotannis* Ex. 3, 10. Jud. 17, 10 etc. יָמִים עַל שָׁנָה Jes. 32, 10, pro quo שָׁנָה עַל־שָׁנָה 29, 1, de multis annis, sed 2 Chron. 21, 15: יָמִים עַל־יָמִים forsan est *per duos annos*, modò saltem horum verborum explanationem contineat formula vers. 19: לַיָּמִים מִיָּמִים *ad annum, post annum*, et præsertim ea quæ proximè sequitur הַקֵּץ לַיָּמִים שְׁנַיִם *finis biennii*. — Amos 4, 4: לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים vel *quovis tertio anno*, vel *quovis tertio die*; posterius acerbè et ironicè intelligendum.—Quoad etymon, nomen primitivum videtur; neque obstat quominus primaria ejus significatio sit in *calore* diurno, ut quidam volunt.—Indè

יוֹם 1) pr. subst. *dies totus, integer*, hinc בְּיוֹם *totâ die* Neh. 9, 19, צָרֵי יוֹם *hostes diurni*, quotidiani Eze. 30, 16. — 2) adv. *interdiù* Ps. 13, 3. יוֹם וָלַיְלָה *diu noctuque, perpetuò* Lev. 8, 35. Jos. 1, 8 etc.

יָוָן n. pr. 1) filii Japheti Gen. 10, 2, 4, it. de ejus posteris, ipsorumque sede, i. e. Joniâ et universâ Græciâ dicitur Jes. 66, 19. Eze. 27, 13 etc. — Patronym. יְוָנִי undè בְּנֵי הַיְוָנִים *filii Græcorum* Joël 4, 6. — 2) forsan urbis Arabiæ felicis Eze. 27, 19.

יָוֵן m. constr. יָוֵן; *latum* Ps. 40, 3. 69, 3. — Rad. יון

יוֹנָדָב vid. יְהוֹנָדָב.

יוֹנָה f. suff. יוֹנָתִי; pl. יוֹנִים, constr. יוֹנֵי; 1) *columba* Gen. 8, 8 seq. Cant. 1, 5. 2, 14 etc. — Etymon ignotum omninò. Aliud יוֹנָה vid. sub. יָנָה.

יוֹנִי vid. יָוָן.

יוֹנֵק m. et יוֹנֶקֶת f. suff. יוֹנַקְתּוֹ; pl. cum suff. יוֹנְקוֹתָיו; pr. *lactens*, *sugens*, transl. *surculus* recens natus arboris succum trahens Eze. 17, 22. Hos. 14, 7. Job 8, 16 etc.

יוֹנָתָן n. pr. vid. יְהוֹנָתָן.

יוֹסֵף *Josephus* n. pr. 1) patriarchæ, filii Jacobi Gen. 30, 23 etc. Cum autem Ephraïm et Manasses filii Josephi tribuum Israëliticarum auctores facti sunt, יוֹסֵף et יוֹסֵף dicitur a) de duabus his tribubus Jos. 17, 17. 18, 5. Jud. 1, 23, 35, idem est בְּנֵי יוֹסֵף Jos. 14, 4. b) de regno Ephraïm Eze. 37, 16 - 19. Zach. 10, 6. Ps. 78, 67. c) poët. de universo Israëlitarum populo Amos. 5. 6, 15. 6, 6.—2) alior. viror. Esr. 10, 42. Neh. 12, 14 etc.

יוֹסִפִיָּה n. pr. viri Esr. 8, 10.

יוֹעֵאלָה n. pr. viri 1 Par. 12, 7.

יוֹעֵד n. pr. viri Neh. 11, 7.

יוֹעֵזֶר n. pr. viri 1 Par. 12, 6.

יוֹעֵשׁ n. pr. viror. 1 Par. 7, 8 etc.

יוֹצָדָק vid. יְהוֹצָדָק.

יוֹצֵר m. 1) *figulus*, vid. in Rad. יָצַר.

Digitized by Google

— 2) Zach. 11, 13 ut אוֹצָר *thesaurus, ærarium* templi, juxta quosdam, Chald. et Syr. interpretes, secutos, sed plerisque *figulus est.*

יוֹקִים n. pr. viri 1 Par. 4, 22.

יוֹרֶה vid. חָרִיף.

יוֹרֶה m. part. act. Rad. יָרָה; pr. *irrigans*, hinc *pluvia prima* i. e. autumnalis Deut. 11, 14. Jer. 5, 24.

יוֹרַי n. pr. viri 1 Par. 5, 13.

יוֹרָם n. pr. viri 2 Sam. 8, 10, pro quo חֲדוֹרָם 1 Par. 18, 10.

יוֹשַׁב חֶסֶד n. pr. viri 1 Par. 3, 20.

יוֹשִׁבְיָה n. pr. viri 1 Par. 4, 35.

יוֹשָׁה n. pr. viri 1 Par. 4, 35.

יוֹשַׁוְיָה n. pr. viri 1 Par. 11, 46.

יוֹתָם n. pr. 1) filii Gedeonis Jud. 9, 5, 7. — 2) regis Judæ 2 Reg. 15, 32 seq.

יוֹתֵר et יֹתֵר m. 1) pr. part. act. Rad. יָתַר; *reliquum* 1 Sam. 15, 15, undè *quæstus, emolumentum* Eccl. 6, 8. — 2) adv. *ampliùs, magis* Eccl. 2, 15 etc., *nimis* Eccl. 7, 16, præpos. *præter* Esth. 6, 6, seq. ש, conjonct. *tereà quòd* Eccl. 12, 9.

יוֹתֶרֶת fem. præcedentis יוֹתֵר; *redundans*, hinc seq. הַכָּבֵד, עַל־הַכָּבֵד, מִן הַכָּבֵד *major lobus hepatis*, quæ pars est hepatis redundans, augmentum ejus. Ex. 29, 13, 22. Lev. 3, 4, 19. LXX λοβὸς τοῦ ἥπατος; vulgò *reticulum hepatis*, i. e. membrana hepar ambiens, sed hujus, utpotè adipe carentis, in sacrificiis vix locus fuit.

יְזִיאֵל n. pr. viri 1 Par. 12, 3.

יְזִיָּה n. pr. viri Esr. 10, 25.

יְזִיז n. pr. viri 1 Par. 27, 31.

יְזַלִּיאָה n. pr. viri 1 Par. 8, 18.

יַזַנְיָה v. יַאֲזַנְיָה.

יִזְרַחִי n. patron. pro אֶזְרַחִי.

יִזְרַחְיָה n. pr. (v. זַרְחִיָּה).

יָזַם undè nonnulli deducunt plur. יִזְמוּ Gen. 11, 6; sed vid. זָמַם.

יָזַן undè Puh. part. pl. מְיֻזָּנִים vid. in זוּן.

יֶזַע m. ut זֵעָה *sudor* Eze. 44, 18. — Rad. יזע, conf. cognat. זוּעַ.

יִזְרְעֶאל et יִזְרֶעֶאל n. pr. 1) oppid. in tribu Issachar Jos. 19, 18: 1 Reg. 18, 46. 21, 1: 2 Reg. 9, 15. Propè erat vallis magna Jos. 17, 16, Jud. 6, 33. Nom. gent. m. יִזְרְעֶאלִי 1 Reg. 21, 1; fem. יִזְרְעֶאלִית et יִזְרֶעֶלִית, 1 Sam. 27, 3. 30, 5. — 2) oppid. in montanis Judæ Jos. 15, 56: 1 Sam. 29, 1. — 3) viror. Hos. 1, 4: 1 Par. 4, 3.

יָחַד; fut. יֶחֱד, ut cognat. אָחַד *unitus, adunatus fuit*, seq. אֶת Jes. 14, 20, בְּ Gen. 49, 6.

Pih. imper. יַחֵד *aduna* Ps. 86, 11, — Deriv. יָחִיד et seq.

יַחַד m. 1) *unitio, conjunctio* 1 Par. 2, 17. — 2) ut כֹּל *universitas; omnes* Deut. 33, 5. Job 3, 18. 16, 10 etc. כֹּל יַחַד *omnes omninò, ad unum omnes* Jes. 22, 3. Job 34, 15. Addito לֹא, *nemo* Hos. 11, 7. — 3) Adv. a) *unà, simul, pariter*, sive de loco, sive de tempore, sive de rebus et personis numero pluribus, sive de animis 1 Sam. 11, 11: 2 Sam. 21, 9. Jes. 22, 3. Ps. 2, 2 etc. — b) *solùm* Esr. 4, 3.

יַחְדָּו et יַחְדָּם; pr. *conjunctiones, adunationes ejus, conjuncti illi, simul illi*, ut כֻּלָּו, dein adv. 1) *unà* Gen. 13, 6. Deut. 25, 5 etc. — 2)

Digitized by Google

uno tempore Ps. 4, 9. — 3) cum כֹּל, *omnes omninò* Ps. 14. 3: 1 Par. 10, 6.—4) *mutuò, invicem* Deut. 25, 11.

יַחְדּוֹ n. pr. viri 1 Par. 5, 14.

יַחְדִּיאֵל n. pr. viri 1 Par. 5, 24.

יְחַדְיָהוּ nom. pr. viror. 1 Par. 24, 20 etc.

יַחְוִאֵל et in Keri יַחְיִאֵל n. pr. viri 2 Par. 29, 14.

יַחֲזִיאֵל n. pr. viror. 1 Par. 12, 4 etc.

יַחֲזִיָה n. pr. viri Esr. 10, 15.

יְחֶזְקֵאל nom. pr. *Ezechiel* Eze. 1, 3 etc.

יְחִזְקִיָּה vid. חִזְקִיָּה.

יְחִזְקִיָּהוּ n. pr. viri 2 Par. 28, 12.

יַחְזְרָה n. pr. viri 1 Par. 9, 12.

יְחִיאֵל n. pr. viror. 1 Par. 15, 18 etc.—Patronym. יְחִיאֵלִי, 26, 21, 22.

יָחִיד masc. suff. יְחִידֶךָ, in pausâ יְחִידֶךָ; pl. יְחִידִים; fem. יְחִידָה, suff. יְחִידָתִי; 1) *unicus*, spec. *unigenitus* Gen. 22, 2. Jud. 11, 3 etc. — 2) *solitarius*, *dereliclus* Ps. 25, 16. 68, 7. — 3) Fem. *unica* i. e. poët. *anima* Ps. 22, 21. 35, 17. — Rad. יָחַד.

יָחִיל m. *exspectans* Thren. 3, 26. — Rad. seq.

יָחַל ut חוּל, quod vid.—Indè

Niph. נוֹחַל; fut. convers. וַיִּוָּחֶל; *exspectavit* Gen. 8, 12. Eze. 19, 5.

Pih. יִחֵל, pl. יִחֲלוּ et cum Dag. euph. יִחֵלוּ; part. מְיַחֵל, pl. מְיַחֲלִים; infin. constr. et imper. יַחֵל; fut. יְיַחֵל, cum ה parag. אֲיַחֲלָה, cum נ parag. et in pausâ יְיַחֲלוּן; 1) *sperare fecit* Eze. 13, 6. Ps. 119, 49. — 2) *exspectavit*, *speravit* absol. Job 6, 11 etc., seq. לְ pers. vel rei quam exspectant Job 29, 23. Jes 31, 5 etc. *Exspectare Deum, Jehovam* i. e. ejus auxilium Ps. 31, 25. 69, 4 etc.

Hiph. הוֹחִיל undè 1 pers. הוֹחַלְתִּי; imper. fem. הוֹחִילִי: fut. יוֹחִיל, cum ה parag. אוֹחִילָה, cum ו convers. וַיּוֹחֶל in Keri 1 Sam. 13, 8 ubi Chethib וַיַּיְחֵל ex Pih. refert; *exspectavit* 1 Sam. 10, 8. Ps. 42, 6 etc. — Deriv. תּוֹחֶלֶת.

יַחְלְאֵל n. pr. viri Gen. 46, 14. Patronym. יַחְלְאֵלִי Num. 26, 26.

יָחַם Præt. inus., pro quo utuntur formâ חָמַם (conf. יָטַב et יָרַע); fut. יֵחַם et יִחַם, pl. יֶחֱמוּ pro יִחְמוּ; Gen. 30, 39, et יַחְמְנָה vers. 38, pro תִּחְמְנָה (similia vid. in 1 Sam. 6, 12. Dan. 8, 22); ut cognat. חָמַם, *incaluit* Eze. 24, 11, irâ Deut. 19, 6, coitûs libidine, hinc *concepit* de ovibus Gen. 30, 38, 39. Impers. יֵחַם לוֹ, יִחַם לוֹ *incalescit* 1 Reg. 1, 1. Eccl. 4, 11.

Pih. præt. f. cum suff. יְחֻמַתְנִי pro יְחַמַתְנִי ut אֶחֱרוּ pro אֶחְרוּ; infin. constr. et imper. יַחֵם; inf. cum suff. et נ epenth. יַחְמְנָה; *coivit* pecus Gen. 30, 41. 31, 10, hinc *concepit* mulier Ps. 51, 7. — Deriv. חֵמָה pro יְחֵמָה.

יַחְמוּר m. ut in arab. species *capreæ rufæ* (vid. Rad. חָמַר) cornibus serratis, intùs plenis, forsan *cervus dama* Deut. 14, 5: 1 Reg. 5, 3.

יַחְמַי n. pr. viri 1 Par. 7, 2.

יָחֵף m. *discalceatus* 2 Sam. 15, 30. Jes. 20, 2 etc. — Rad. יחף ut cognat. arab. حفا *nudis pedibus fuit*, et syr. נחף in Aph. *discalceavit*.

יַחְצִיאֵל et יַחְצִיאֵל n. pr. viri Gen.

Digitized by Google

46, 24: 1 Par. 7, 13. Nomin. gent. יִחְצַאלִי Num. 26, 46.

יָחַר ut אָחַר, *moratus est*, undè fut. conv. 2 Sam. 20, 5 in Chethib וַיִּחַר quod efferendum est וַיִּיחַר; sed Keri habet וַיּוֹחֶר.

יִחֻשׂ m. (vox recentioris hebraïsmi) *genus, familia*. סֵפֶר הַיִּחֻשׂ *genealogia* Neh. 7, 5. — Indè verbum denom. in Hithp. הִתְיַחֵשׂ; part. pl. מִתְיַחֲשִׂים; infin. constr. et imper. הִתְיַחֵשׂ; ἀπογράφεσθαι, *nomen suum in tabulis publicis genealogicis curavit describendum, recensitus est* Neh. 7, 5: 1 Par. 5, 1 etc. Infin. sæpiùs nominascit *recensio* Esr. 8, 1 etc.

יַחַת n. pr. viri 1 Par. 4, 2 etc.

יָטַב; undè fut. יִטַב et יִטַב, 2 pers. f. תִּיטְבִי (præt. repeti solet à טוֹב); 1) *bonus fuit* Nah. 3, 8, sed sæpiùs impers. *benè fuit* Gen. 12, 13. Deut. 4, 40 etc. it. *bonum visum est* Ps. 69, 32. *Bonum fuit in oculis alicujus, coram aliquo* i. e. *placuit ei* Gen. 41, 37. Esth. 5, 14. — 2) *hilaris, lætus fuit* Jud. 19, 16. Ruth. 3, 7. Eccl. 7, 3.

Hiph. הֵיטִיב; part. מֵיטִיב et מֵטִיב, pl. מֵיטִיבִים, constr. מֵיטִיבֵי et מֵטִבֵי; infin. absol. הֵיטֵב et הֵיטַב; constr. הֵיטִיב et הֵטִיב, cum suff. הֵיטִיבוֹ; imper. cum ה paragog. הֵיטִיבָה; fut. יֵיטִיב, יִטַב et יִיטַב; 1) *benè, rectè fuit* Deut. 5, 25: 1 Reg. 1, 47 etc. Seq. verbo adverbiascit. Jer. 1, 12: *benè fecisti ad videndum* i. e. *rectè vidisti*; et ità 1 Sam. 16, 17. Jes. 23, 16. Inf. absol. הֵיטֵב *benè, optimè* Deut. 9, 21 etc., rectè, *honestè* Jon. 4, 9. — 2) *benefecit* alicui, seq. לְ vel עִם Gen. 12, 16. Num. 10, 32 etc. — 3) *exhilaravit* Jud. 19, 22. — 4) *aptavit* lucernas Ex. 30, 7, comam, i. e. *composuit* 2 Reg. 9, 30. — 5) intrans. *bonus fuit* Mich. 2, 7, et seq. אֶל pers. *placuit* 1 Sam. 20, 13. — Deriv. מֵיטָב.

יִטְבָתָה n. pr. castramet. Israëlitarum in deserto Num. 33, 33. Deut. 10, 7. Aliud forsan יִטְבָה 2 Reg. 21, 19.

יִטָּה et יוּטָה n. pr. oppidi in tribu Judæ Jos. 15, 55 etc.

יְטוּר n. pr. Ismaëlis filius, à quo Ituræi descendunt Gen. 25, 15: 1 Par. 1, 31. 5, 19.

יַיִן m. in pausâ יָיִן constr. יֵין et Cant. 8, 2 יַיִן; suff. יֵינִי; 1) *vinum* Gen. 9, 21. Lev. 10, 9 etc. *Domus vini* Cant. 2, 4 i. e. forsan *domus convivii vini, conclave convivale*, ut pleniùs habetur Esth. 7, 8. Vulgat. *cella vinaria*. — 2) meton. *crapula, ebrietas* Gen. 9, 24: 1 Sam. 1, 14. 25, 37. — Etymon latet; possit esse nomen primitivum.

יָךְ, 1 Sam. 14, 13, menda est pro יַד ut Keri habet.

יָכַהּ in Kal. inusit.

Niph. part. נוֹכָח *disceptans* Job 23, 7; fut. pl. cum ה parag. נִוָּכְחָה *disceptabimus* Jes. 1, 18. Quoad נִכְחַת Gen. 20, 16, vid. illud suo loco.

Hiph. הוֹכִיחַ; part. מוֹכִיחַ; plur. מוֹכִיחִים; inf. הוֹכִיחַ, הוֹכֵחַ et הוֹכֶחַ; imper. הוֹכַח; fut. יוֹכִיחַ et יוֹכַח; 1) *declaravit, arguit* aliquid Job 13, 15. 19, 3. — 2) *redarguit* aliquem, *convicit* seq. לְ Prov. 9, 7 etc., abs. Jes. 29, 21. Eze. 3, 2 etc. — 3) *castigavit*, vel verbis, *carpsit, reprehendit* Gen. 21, 25. Job 6, 25 etc.

Digitized by Google

hinc *conviciatus est* 2 Reg. 19, 4. Jes. 37, 4; vel pœnis, i. e. *punivit* Ps. 6, 2. Job 15, 17. Prov. 3, 12 etc.— 4) *judicavit*, ut שָׁפַט Jes. 11, 3, seq. לְ *jus dixit alicui* Jes. 2, 4, sed *adjudicavit*, *destinavit alicui* Gen. 24, 14, 44. Seq. בֵּין, *arbiter fuit inter* Gen. 31, 37. Job 9, 33.— 5) *redarguere*, *convincere studuit*, *disceptavit*, *altercatus est*, *cum aliquo* seq. accusat. אֶל, לְ, Job 13, 3. 16, 21. 22, 4.

Hoph. הוּכַח *castigatus est* Job 33, 19.

Hithp. fut. in pausâ יִתְוַכָּח *disceptabit cum aliquo* seq. עִם Mich. 6, 2. — Deriv. תּוֹכֵחַת, תּוֹכַחַת.

יְכִילִיָּה 2 Par. 26, 3 in Chethib pro יְכָלְיָה q. v.

יָכִין pro quo יָרִיב 1 Par. 4, 24; n. pr. 1) viror. Gen. 46, 19. Nah. 11, 10 etc. Nom. Patron. יָכִינִי Num. 26, 12.— 2) columnæ dextræ porticûs templi Jerusalem 1 Reg. 7, 21.

יָכֹל raro יָכוֹל, f. יְכֹלָה, 1 pers. יָכֹלְתִּי, cum suff. יְכָלְתִּיו, pl. יָכֹלוּ, in pausâ יָכָלוּ; infin. absol. יָכוֹל. constr. יְכֹלֶת; fut. (deductum ex formâ Hoph.) יוּכַל, in pausâ יוּכָל, plur. יוּכְלוּ et יִכְלוּ, in pausâ יוּכָלוּ et יִכָּלוּ, cum ה parag. נוּכְלָה. Sed יוּכְלוּ Eze. 42, 5 vid. in אָכַל.— 1) *potuit* (conf. cognat. כזל) seq. acc. gerundio, infin. nudo et verbo finito Gen. 13, 6. Ex. 2, 3. Job 42, 2. Esth. 8, 6 etc. Item *licuit* Gen. 43, 32. Num. 9, 6. Deut. 12, 17 etc. Prægn. *ferre potuit* Jes. 1, 13. Ps. 101, 15, pro יָכֹל לָשֵׂאת ut legitur Jer. 44, 22. Prov. 30, 21, *exercere potuit* Hos. 8, 5. — 2) *prævaluit*, *superavit*, *pervicit*, absol. Gen. 32, 29: 1 Reg. 20, 22. Hos. 12, 5 etc., it. *prævaluit alicui*, *pervicit aliquem* seq. לְ pers. Gen. 32, 26. Esth. 6, 13 etc., suffixo verbi Jer. 20, 10. Ps. 13, 5. Metaph. cum לְ rei, *potens factus est rei arduæ* i. e. mente eam comprehendit Ps. 139, 6.

יְכָלְיָה et יְכָלְיָהוּ n. pr. mul. 2 Reg. 15, 2 et 2 Par. 26, 3 in Keri.

יְכָנְיָה vid. יְהוֹיָכִין.

יָלַד 1 pers. יָלַדְתִּי, sed. cum suff. יְלַדְתָּנוּ 2 pers. יָלַדְתָּיִךְ; part. יוֹלֵד, cum suff. f. יוֹלַדְתָּהּ; f. יוֹלֶדֶת, יֹלֶדֶת et יֹלַדְתָּ; plur. יוֹלְדוֹת; pass. יָלוּד, constr. יְלוּד, pl. יְלוּדִים; infin. absol. יָלוֹד, constr. לֶדֶת, לֶדֶת, semel לַת, cum suff. f. לִדְתָּהּ; fut. יֵלֵד et יִלַּד, pl. in pausâ et cum נ parag. יִלְדוּן; 1) *peperit* mulier, vel bestia Gen. 4, 1. 30, 39. Jer. 17, 11. Passim absol. ponitur pro *liberos peperit* Gen. 6, 4 etc. Part. f. יוֹלֶדֶת *genitrix* poët. pro *matre* Prov. 17, 25. Cant. 6, 9. Metaph. *peperit fraudem*, *nequitiam* etc. Ps. 7, 15. Job 15, 35 etc. — 2) *genuit* pater Gen. 4, 18. 10, 8, 13. De Deo, *creavit*, Deut. 32, 18. Jer. 2, 27. Quoad Ps. 2, 7. יְלִדְתִּיךָ *genui te*, nonnisi proprio sensu de Deo Patre Filium suum, Verbum scilicet divinum, ab æterno generante, accipi potest; atque ne pili quidem faciendæ sunt rationes quibus nonnulli de rege constituendo verbum hebr. interpretantur. Not. in Deut. 32, 18 et in Jer. 2, 27 agi de verâ *creatione*, *formatione*, ac proindè locis istis explanationem nostram Ps. 2, 7, nullo modo

Digitized by Google

infirmari. Haud seriò fortasse Gesenius opponit hæc divi Pauli verba 1 Cor. 4, 15: *Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.*

Niph. נוּלַד, plur. נוּלְדוּ (forma mixta ex Niph. et Puh.); part. נוֹלָד, et cum Makkeph נוֹלַד־; pl. נוֹלָדִים; inf. הִוָּלֵד et הִוָּלֶד, cum suff. הִוָּלְדוֹ; fut. יִוָּלֵד; *natus, gnatus est* Gen. 4, 18: 1 Par. 3. 5 etc. Impers. seu omisso, ut in Kal filii, liberi nomine Gen. 17, 17.

Pih. יִלֵּד *parturientem adjuvit, obstetricavit;* undè infin. cum suffix. יַלֵּדְכֶן *obstetricare vestrum* Ex. 1, 16; part. fem. מְיַלֶּדֶת, plur. מְיַלְּדוֹת *obstetrix, obstetrices* Gen. 35, 17. Ex. 1, 15 etc.

Puh. יֻלַּד et יוּלַד, plur. in pausâ יֻלְּדוּ; 1) *natus est* Gen. 4, 26. Jud. 18, 29 etc. Impers. Gen. 10, 21. — 2) *creatus, productus est*, de montibus Ps. 90, 2.

Hiph. הוֹלִיד, part. מוֹלִיד, plur. מוֹלִידִים; inf. absol. הוֹלִיד, constr. et imper. הוֹלִיד; fut. יוֹלִיד, conv. וַיּוֹלֶד: 1) *parere fecit* Jes. 66, 9, *fœcundavit* 1 Par. 2, 18. 8, 8, metaph. de pluviâ Jes. 55, 10. — 2) *genuit* pater Gen. 5, 4 etc., metaph. Jes. 59, 4. — 3) *creavit, produxit* Job 38, 28.

Hoph. inf. הִלֶּדֶת et הוּלֶדֶת *nasci fieri, nativitas* Gen. 40, 20. Eze. 16, 4, 5.

Hithp. fut. plur. יִתְיַלְּדוּ *natos se, natales suos, profitebuntur, in tabulis genealogicis nomina sua inscribenda curabunt* Num. 1, 18. — Deriv. וֶלֶד, וָלֶד, יָלִיד, מוֹלֶדֶת, תּוֹלֶדֶת et seq.

יֶלֶד m. pl. יְלָדִים, constr. יַלְדֵי et יִלְדֵי Jes. 57, 4; cum suff. יַלְדָיו et יִלְדָיו; 1) *natus, filius.* Indè *filii peregrinorum* i. e. peregrini Jes. 2, 6, *filii sceleris* i. e. scelesti 57, 4. Plur. יְלָדִים *liberi utriusque sexûs* 1 Sam. 1, 2. Esr. 10, 1, etiam *pulli* bestiarum Jes. 11, 7. Job 38, 41. — 2) *puer* vel recens natus Gen. 21, 8. Ex. 1, 17 etc., vel adultior, *adolescens* Gen. 4, 23: 1 Reg. 12, 8. Eccl. 4, 13.

יַלְדָה f. plur. יַלְדוֹת; *puella* Gen. 34, 4, Joël 4, 3. Zach. 8, 45.

יַלְדוּת f. cum suff. in pausâ יַלְדוּתֶךָ et יַלְדָתֶךָ; 1) *nativitas* Ps. 110, 3, ubi forsan totius commatis sensus est: *antè auroram ab utero* (meo) *ad te* (defluxit) *ros nativitatis tuæ* i. e. ros ille qui te procreavit ab utero meo defluxit etiam antè roris ortum; nisi cum LXX. Vulgat. Syr. et multis codic. יָלַדְתִּיךָ *genui te*, legas. — 2) *adolescentia* Eccl. 11, 9, 10.

יָלוּד m. pl. יְלוּדִים; adj. *natus* Ex. 1, 22. Jos. 5, 5.: 2 Sam. 5, 14.

יָלוֹן n. pr. viri 1 Par. 4, 17.

יָלִיד m. constr. יְלִיד, pl. constr. יְלִידֵי; 1) adj. יְלִיד בַּיִת *natus in domo, verna* Gen. 17, 12. Lev. 22, 11 etc. — 2) subst. *filius* Gen. 14, 14. Num. 13, 22 etc.

יָלַךְ Præter. inusit. pariter atque inf. abs. et part., pro quibus utuntur formis à verbo הָלַךְ deductis, infin. constr. לֶכֶת, suff. לֶכְתְּךָ; imper. לֵךְ, cum הַ parag. לְכָה et לֶךָ, f. לְכִי; in pausâ לֵכִי, pl. m. לְכוּ, f. לֵכְנָה

Digitized by Google

et לֵכֶן ; fut. אֵלֵךְ, in pausâ cum ו convers. וָאֵלֵךְ, cum ה parag. אֵלְכָה, et cum ו אֵילְכָה, in pausâ אֵלֵכָה, plur. תֵּלְכוּ, in pausâ תֵּלֵכוּ, cum נ paragog. תֵּלְכוּן, et simul in pausâ תֵּלֵכוּן; signif. ut הָלַךְ, 1) *ivit*, *incessit*, *profectus est*; hinc a) seq. אַחַר, אַחֲרֵי, *secutus est* Gen. 37, 17. Ruth. 3, 18 etc. — b) seq. עִם, עַל, לְנֶגֶד, אֶת *comitatus est* Num. 22, 35. Jer. 3, 18 etc. — c) לִפְנֵי *præcessit*, protegendi causâ, *duxit* Gen. 33, 12. Ex. 23, 23. 32, 1. — 2) Trop. *vixit*, *morem gessit* Ex. 16, 4: 1 Reg. 16, 19. — 3) *decessit*, *obiit*, *periit* Job 7, 9. 27, 21: 2 Par. 21, 20 etc. — 4) *fluxit*, *effusus est*, de aquâ Jos. 4, 18 etc. Dicitur etiam de animalibus et rebus, quæ quocumque modo moventur, ut de navi, curru, fu gure, sono, famâ, terminis agrorum, morte et gladio grassantibus etc.—5) *processit*, *progressus est* in aliquâ re, *incrementa cepit* Gen. 26, 13 et 1 Par. 11, 9: *Procedebat*, *procedendo et crescendo* i. e. crescebat in dies, Jer. 5, 23: *Recesserunt et procedebant* i. e. magis magisque recedebant.

Hiph. הוֹלִיךְ; part. מוֹלִיךְ, fem. מוֹלִיכָה, pl. מוֹלִיכוֹת, infin. הוֹלִיךְ, cum suff. הוֹלִיכוֹ; imper. הוֹלֵךְ et הֵילִיךְ undè fem. הֵילִיכִי, plur. m. הֵילִיכוּ; fut. יוֹלִיךְ et apocop. יוֹלֵךְ; 1) pr. *ire fecit*, *duxit* Deut. 8, 2. Jes. 42, 16 etc., it. *abduxit*, *abstulit* Ex. 2, 9: 2 Sam. 13, 13 etc. — 2) *perire fecit*, *perdidit* Ps. 125, 5.— 3) *fluere*, *diffluere fecit* aquam Ex. 14, 21. Eze. 32, 14.

יָלַל verb. onomatopoët. *ejulavit*, *ululavit*. —Indè Hiph. הֵילִיל; imper. הֵילֵל, f. הֵילִילִי; fut. יֵילִיל, cum ה parag. אֵלִילָה, pl. יֵילִילוּ et יְהֵילִילוּ Jes. 52, 5; *ejulavit*, *lamentatus est* Jes. 13, 6. Jer. 25, 34. Hos. 7, 14 etc. — Quoad Jes. 52, 5: מֹשְׁלָיו יְהֵילִילוּ quidam vertunt: *Dominatores ejus* i. e. victores *lætam et superbientem vocem attollunt*. Sic enim græc. ὀλολύζειν de læto clamore usurpatur; lat. *ululare* de quovis incondito et gravi clamore etiam triumphantium (Lucan. *Pharsal.* 6, 261). Insuper hebr. מַזְרֵחַ, הֵרִיעַ, רָנַן. Tandem orationis series jubet מֹשְׁלָיו de hostibus, non autem de præfectis judæis intelligi; quo concesso, omninò præstat læti clamoris significatio. — De formâ הוֹלִילוּ, vid. Puh. verbi הָלַל. Deriv. תּוֹלָל et duo seq.

יְלֵל m. *ululatus* Deut. 32, 10.

יְלָלָה f. constr. יִלְלַת; suff. f. יִלְלָתָהּ; *ejulatus* Jes. 15, 8. Jer. 25, 36. Zach. 11, 3.

יָלַע ut cognat. לָעָה *temerè prolocutus est* aliquid. Prov. 20, 25: *Laqueus* i. e. periculosum *est homini*, cùm temerè proloquitur sanctum i. e. cùm temerè Deo vovet aliquid. Conf. arab. لعي (lagba) *temerè jusjurandum dedit*.

יַלֶּפֶת f. *scabies*, *impetigo* Lev. 21, 20. 22, 22. — Rad. ילף forsan ut in arab ولف *firmiter adhæsit*.

יֶלֶק m. *locustæ* speeies alata et pilosa, vulgò *bruchus* Jer. 51, 27. Nah. 3, 16 etc. — Rad. ילק ut לָקַק *lambit*, *lambendo depavit*.

Digitized by Google

יַלְקוּט m. *pera*, à colligendo dicta 1 Sam. 17, 40. — Rad. לָקַט

יָם m. constr. יַם־, sed יָם Gen. 14, 3. Ex. 23, 31; cum ה parag. יַמָּה; cum suff. f. יַמָּהּ; pl. יַמִּים; 1) *mare*. Dicitur tum de oceano ejusque partibus, tum de lacubus mediterraneis ut Job 14, 11 etc. Sic *mare Kinnereth* i. e. lacus Tiberiadis seu Galilææ; *mare salis* i. e. mortuum, aliàs dictum *orientale; mare planitiei* i. e. quod perluit Jordanes; *mare. Souph* seu algosum, Sinus Arabicus; *mare Ægypti; mare magnum, posterius* i.e. occidentale; tandem *mare Philistæorum*, dicuntur pro *mari mediterraneo*. — Cum artic. הַיָּם est pro contextu mare mediterraneum Jos. 15, 47, Galilæum Jes. 8, 23, rubrum, 10, 26, mortuum 16, 8. — *Divitiæ maris* sunt opes populorum maritimorum itineribus maritimis partæ, Deut. 33, 19. Jes. 60, 51. — Improprié et hyperbolicè *mare* vocatur lavacrum æneum magnum templi Hierosolym. 1 Reg. 7, 23: 1 Par. 18, 8 etc. — 2) poët. *flumen magnum*, ut Nilus Jes, 19, 5. Nah. 3, 8, Euphrates Jes. 27, 1. Jer. 51, 36; in plur. brachia Nili Eze. 32, 2. — 3) *plaga occidentalis*, quia mare mediterraneum situm est ad occidentem Palestinæ Deut. 33, 23, hinc רוּחַ יָם *ventus occidentalis* Ex. 10, 19, פֵּאַת־יָם *latus occidentale* 27, 13. 38, 12. יַמָּה *occidentem versus* Gen. 28, 14. Ex. 26, 22, sed *ad mare* Ex. 10, 19, licet pro eo frequentius הַיַּמָּה ponatur; מִיָּם *ab occidente* Gen. 12, 8; מִיָּם לְ *ab occasu* loci Jos. 8, 9, 12, 13. — Rad. quoad formam ימם.

יָמוּאֵל n. pr. viri Gen. 46, 10.

יָמוֹת et יָמִים, vid. יוֹם,

יַמִּים m. pl. forsan *thermæ* Gen. 36, 24. Vulgò tamen *mulos*, quidam *gigantes* intelligunt, Vulgat. *aquas calidas*. Not. inventionem *thermarum* et *aquarum salubrium* rem omninò memoratu dignam esse, et ut plurimùm in locis desertis per animalia fieri. — Rad. ימה.

יְמִימָה n. pr. mul. Job 42, 14.

קָדֵשׁ m. pl. קְדֵשִׁים; 1) *cynædus* pr. *consecratus* infando numini Deut. 23, 18: 1 Reg. 14, 24 etc. Fem. קְדֵשָׁה, pl. קְדֵשׁוֹת, *meretrix* Gen. 38, 21. Hos. 4, 14 etc. — 2) n. pr. oppidi in deserto (hinc מִדְבַּר קָדֵשׁ Ps. 29, 8) Gen. 14, 7 etc. plenè קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Num. 34, 4 etc.

קָדֵשׁ, cum ה locali קָדְשָׁה et קָדֵשָׁה n. pr. 1) oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 23. — 2) alterius in tribu Nephtali Jos. 12, 22. Jud. 4, 9, 10 etc. — 3) tertii in tribu Issachar 1 Par. 6, 57, quod et קִשְׁיוֹן Jos. 19, 20. 21, 28.

קֹדֶשׁ sed Dan. 11, 30 קֹדְשׁוֹ m. suff. קֹדֶשׁ; pl. קֹדָשִׁים et קֹדָשִׁים (lege *kodaschim*) constr. קָדְשֵׁי וְקָדְשֵׁי; suff. קָדְשַׁי, קָדְשֶׁיךָ; 1) *sanctitas* Amos 4, 2. Ps. 60, 8 etc. *Nomen sanctitatis meæ* i. e. nomen sanctum meum. *Vestes sanctitatis* i. e. sacræ. — 2) *sacrum, res sacra, Deo consecrata*, Lev. 12, 4. 22, 2. Jer. 2, 3. *Argentum sanctitatum* i. e. templo consecratum 1 Par. 26, 20. — 3) *sacrarium* Ex. 28, 43. Ps. 20, 3 etc., semel *adytum* Eze. 41, 23. קֹדֶשׁ קָדָשִׁים a) *res sanctissima* ut altare, vasa sacra etc. Ex. 29, 37, alibi קָדְשֵׁי הַקָּדָשִׁים id. Lev. 21, 22 etc. — b) *adytum templi* Ex. 26, 33, 34, plenè בֵּית קֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים 2 Par. 3, 8, 10.

קָדַר ut vicin. כָּדַר *hebes factus est*; fut. pl. f. תִּקְדַּרְנָה Jer. 31, 29. Eze. 18, 2. — Pih. קִדֵּר id. Eccl. 10, 10.

קָהַל *convocavit, congregavit*; part.

Digitized by Google

act. קֹהֶלֶת modò fœm. [illegible] quo se Salomon indicavit in [illegible] cui hoc nomen inscriptum est; nectè à LXX et Vulgat. vertitur: *Ecclesiastes* seu *congregans ad concionem, concionator*. Not. munerum nomina eorum maximè quæ viris propria sunt, frequenter formam feminin. induere. — Niph. נִקְהַל; part. pl. נִקְהָלִים; inf. הִקָּהֵל; fut. יִקָּהֵל; *congregavit se* Ex. 23, 1 etc. — Hiph. הִקְהִיל; inf. הַקְהִיל; imp. הַקְהֵל; fut. יַקְהִיל, apoc. וַיַּקְהֵל; *convocavit, congregavit*, Num. 8, 9. Eze. 38, 13 etc. — Deriv. מִקְהָלוֹת et seq.

קָהָל m. constr. קְהַל; *congregatio, coetus* Gen. 35, 11 etc. Maximè concio populi Israelitici quæ [illegible] dicitur concio Israëlis, Jehovæ, Dei et simpl. קָהָל Exo. 16, 3. Num. [illegible] 4 etc. — מִקְהָלוֹת in prostatione Israëlitarum desertum Num. 36, 12.

קְהִלָּה fem. constr. קְהִלַּת; *concio* Neh. 5, 7.

קַהְלָתָה vid. in rad. קָהַל.

קֹחַת n. pr. viri Gen. 46, 11 etc. Nom. patron. קָהָתִי Num. 3, 27 etc.

קוֹ et קוֹ m. suff. קוֹם; 1) *funis* 1 Reg. 7, 23, spec. a) mensorius, *amussis* Jes. 44, 13. Thren. 2, 8 etc. Metaph. *lex, norma, regula* Jes. 28, 10: *legem legi, legem legi* addunt. — b) *chorda* et metom. *sonus* Ps. 19, 5. — 2) forsan ut in arab. قَوْرٌ (qovvar) *robur, vis* Jes. 18, 2: גּוֹי קַוָּה *gens roboris, roboris* i. e. robustissima. — Rad. קוה.

קוּא ut vicin. arab. قَاءَ *evomere*; part. act. f. קָאָה *evomens* metaph. Lev. 18, 28. — Hiph. הִקִּיא; fut. יַקִּיא; id. Prov. 23, 8, metaph. Lev. 18, 28. Job 20, 15. — Deriv. קָא, קָאַת, קִיא.

קוּבַּע masc. constr. קֻבַּע; ut כּוֹבַע *galea* 1 Sam. 17, 38. Eze. 23, 24. — Rad. קָבַע.

קוּה unde part. act. קָוֶה, plur. constr. קָוֵי; pr. forsan ut vicin. arab. قَوَى *torsit, ligavit*; hinc — 2) *robore valuit* (nam verba *constringendi, ligandi* ad robur referri solent). — 3) *exspectavit* seq. acc. Ps. 25, 3 etc. — Niph. נִקְוָה; fut. pl. יִקָּוּ; *congregatus vel conglomeratus est* Gen. 1, 9 Jer. 3, 17. Piph. קִוָּה; inf. קַוּוֹת; imp. קַוֵּה; fut. יְקַוֶּה; apoc. יְקַו; 1) *exspectavit* aliquid, seq. acc. אֶל Jer. 8, 15. Job 30, 26 etc. Speciatim *exspectavit Jehovam* i. e. *ut illum ejus confidit in eo* Ps. 25, 5 etc. *ita insistendum est* Ps. 56, 9. 119, 95. — Deriv. קָו, מִקְוֶה, מִקְוָה, הִקְוָה et [illegible] Reg. 7, 23 in Chethib pro [illegible] vid. [illegible]

קוּם unde fut. יָקוּם et יָקוֹם; 1) ut vicin. נָקַם, קוּן *fastidire* Ps. 95, 10. — 2) ut vicin. arab. قَطَعَ *præcidi, abscindi* Job 8, 14. — Niph. נָקוֹם, unde pl. נָקֹמוּ pro נָקַמוּ; id. seq. בְּפָנַי Eze. 6, 9. 20, 43 etc. — Hithpahl. הִתְקוֹמֵם unde fut. יִתְקוֹמֵם; id. Ps. 119, 158, seq. בְּ 139, 21. — Deriv. קָם.

קוֹל m. pl. קוֹלוֹת et קֹלוֹת; 1)

Digitized by Google

vox hominum et animalium Gen. 27, 22. Job 4, 10 etc. *Vox Jehovæ* i. e. persæpè *tonitru* Ex. 9, 28. Ps. 29, 3 etc. נָתַן קוֹל *edidit vocem* Gen. 45, 2 etc., de Jehovâ *tonuit* Ps. 77, 18. Seq. לְ *vocavit* Prov. 2, 3, seq. בְּ *proclamavit in* 2 Par. 24, 9. — 2) *rumor, fama* Gen. 45, 16. Jer. 3, 9. — 3) *sonus, strepitus*, ut gressûs Gen. 3, 8, 10, aquæ Ps. 93, 3 etc. — Rad. קוֹל forsan ut in arab. *dixit*.

קוֹלִיָּה n. pr. viri Neh. 11, 7 etc.

קוּם; præt. קָם et וְקָאם f. קָמָה; part. act. pl. קָמִים, sed 2 Reg. 16, 7 קוֹמִים; f. קָמָה; inf. absol. קוֹם; imp. קוּם et קָם, cum ה parag. קוּמָה; fut. יָקוּם et יָקֻם; conv. וַיָּקָם; 1) *surgere* Gen. 19, 1 etc. Pleonast. præmittitur verbis eundi, progrediendi et aliquid cum impetu aggrediendi Gen. 22, 3. Job 1, 20 etc. Imper. sæpè est *age, agedum* Ex. 32, 1 Jud. 7, 9 etc. קוּמִי לֵךְ *surge tibi* pleonast. pro *surge* Cant. 2, 10. Spec. a) *surgere, adversus* aliquem seq. עַל, אֶל, בְּ Gen. 4, 8. Jes. 31, 2. Ps. 27, 12. Part. cum suff. קָמַי, קָמָיו *surgentes contra me, eum* Ps. 18, 49. Deut. 33, 11. — b) *existere, prodire, exoriri* Ex. 1, 8. Num. 24, 17. Job 25, 3 etc. — c) *crescere, adolescere* Ps. 78, 6, hinc *emergere, efflorescere* Prov. 28, 12. Job 11, 7. — 2) *stare*, undè a) seq. לִפְנֵי pers. *consistere coram aliquo, resistere ei* Jos. 7, 13. — b) *persistere, manere, durare* 1 Sam. 24, 21. Job 15, 29 etc.; seq. לְ *manere alicui* Lev. 25, 30, seq. עַל *perseverare in aliquâ re* Jes. 32, 8. — c) *ratum fieri* Gen. 23, 17. Jer. 44, 28 etc.; it. *ratum esse, valere* Num. 30, 5. Deut. 19, 15. — d) *adesse* alicui, *juvare* eum seq. לְ Ps. 94, 16. — e) *stare* de oculo cœci cujus pupilla immobilis hæret 1 Sam. 4, 15: 1 Reg. 14, 4.

Pih. קִיֵּם; infin. et imp. קַיֵּם; fut. יְקַיֵּם; 1) *surgere fecit, erexit* trop. Ps. 119, 28, sed al. ex usu samar. et collat. versu 25 *vivum servavit*. — 2) *stare fecit*, undè a) *ratum fecit, confirmavit* Ruth 4, 7. Esth. 9, 29, *eventu comprobavit* Ezc. 13, 6. — b) seq. עַל *sanxit* aliquid alicui *injungendum, injuxit* aliquid alicui Esth. 9, 21; hinc קִיֵּם עָלָיו *sibimet ipsi injunxit, in se suscepit* Esth. 9, 7. — c) *præstitit promissa* Ps. 119, 106. — Pihl. קוֹמֵם undè fut. יְקוֹמֵם; 1) *exstruxit, instauravit ædificia* Jes. 44, 26 etc. — 2) intrans. *insurrexit*. Mich. 2, 8: *populus meus in adversarium consurrexit*; ita et optimè Vulgat.

Hiph. הֵקִים, הֵקִמְתָּ; part. מֵקִים, cum מְקִימִי; inf. abs. הָקֵם et הָקִים, constr. הָקִים; imp. הָקֵם; fut. יָקִים; apoc. יָקֵם; conv. וַיָּקֶם; 1) *surgere fecit*, undè a) *erexit* lapsum, afflictum Deut. 22, 4. Job 4, 4. — b) *statuit* tentorium, etc. Ex. 26, 30 etc., hinc *restituit, instauravit* Jes. 49, 6, 8. De formulâ הֵקִים בְּרִית vid. quæ adnotavi in בְּרִית pag. 112, et in *Le Pentat. avec une traduct. franç. etc.*, Gesnius, pag. 36. — c) *prodire fecit, suscitavit* Jud. 2, 18. Jer. 29, 15 etc. *Suscitavit nomen, semen* alicui i. e. alicui mortuo prolem leviratu paravit quæ nomen ejus gereret. — 2) *stare fecit*

Digitized by Google

Ps. 40, 3; hinc a) *constituit* aliquem regem Deut. 28, 36. — b) *subsistere fecit*, *compescuit* Ps. 107, 29. — c) *ratum fecit* Num. 30, 14; *praestitit* jusjurandum, promissum Gen. 26, 3; 1 Sam. 1, 23. — Hoph. הוּקַם et הֻקַם; 1) *erectus est* Ex. 40, 17. — 2) *constitutus est* 2 Sam. 23, 1. — 3) *ratum factum est* Jer. 35, 14.

Hithpahl. הִתְקוֹמֵם, undè part. מִתְקוֹמֵם; pl. מִתְקוֹמְמִים sed f. alia forma מִתְקוֹמֶמֶת; *insurrexit* Ps. 17, 7, seq. לְ *contra* aliquem Ps. 59, 2 etc. — Deriv. קוּם, מָקוֹם, קִים, קִימָה, קָמָה, תְּקוּמָה, תְּקוּמָה, תְּקוּמָה, de אֵלְקוּם vid. suo loco.

קוֹמָה et קֹמָה; f. constr. קוֹמַת; 1) *proceritas*, *altitudo* Gen. 6, 15. Ex. 27, 18 etc. — 2) *statura* hominis 1 Sam. 16, 7. Eze. 13, 18 etc.

קוֹמְמִיּוּת *erectè* Lev. 26, 13.

קוּן vel קָנַן undè Piel. קוֹנֵן; part. pl. f. מְקוֹנְנוֹת; fut. יְקוֹנֵן; pl. fem. תְּקוֹנֵנָה (pro תְּקוֹנְנָה); *lamentatus est*, *deploravit* 2 Sam. 1, 17, seq. עַל et אֶל 2 Sam. 3, 33. Eze. 27, 32.

קוּס vid. קֶסֶם.

קוּעַ m. forsan ut Vulgat. *princeps* Eze. 23, 23; cæteris veter. interpr. est n. pr.

קוֹף m. undè pl. קוֹפִים *simiæ* 1 Reg. 10, 22 etc. — Rad. קוּף.

קוּץ undè præt. et part. act. קָץ; fut. יָקֹץ et יָקִץ, conv. וַיָּקִץ; 1) forsan ut vicin. קָצַץ; — 2) ut cognat. יָקַץ. — 3) ut vicin. קוּט *fastidire*, *tædio habere*, seq. בְּ pers. Lev. 20, 23. Num. 21, 5; hinc seq. מִפְּנֵי *timere* Ex. 1, 12 etc. — 4) denom. à קַיִץ *æstivare* Jes. 18, 16. — Hiph. הֵקִיץ; inf. הָקִיץ; imp. cum ה parag. הָקִיצָה; fut. יָקִיץ; 1) *expergefactus est* Dan. 12, 2. Ps. 3, 6 etc. — 2) *tædio*, vel *timore affecit* urbem longâ obsidione Jes. 7, 6; al. cum Vulgat. *suscitavit*. Deriv. קַיִץ et seq.

קוֹץ m. pl. קֹצִים; 1) *spina* et collect. *spinæ* Gen. 3, 18. Jes. 32, 13 etc. — 2) n. pr. viror. Esr. 2, 61: 1 Par. 4, 8 etc.

קְוָצוֹת pl. f. *cincinni*, pr. *præcisiones* capillorum Cant. 5, 2, 12.

קוּר, præt. קָר undè קַרְתִּי; ut vicin. כּוּר, כָּרָה, נָקַר, כָּרָה *fodere* spec. puteum 2 Reg. 19, 24. Jes. 37, 25. — Pilp. קִרְקֵר; part. מְקַרְקֵר; *suffodit*, *evertit* parietem Jes. 22, 5, metaph. *delevit* Num. 24, 17. — Hiph. הֵקַר, undè f. הֵקִיר; inf. הָקִיר; *manare*, *scaturire fecit* aquam puteus Jer. 6, 7. — Deriv. קוּרִים, מָקוֹר.

קוּרָא vid. קֹרֵא.

קוּרִים pl. m. *tela*, *reticulæ* aranearum Jes. 59, 5, 6. — Etymon latet.

קוֹרָה f. suff. קֹרָתִי; pl. קֹרוֹת; *tignum*, *trabs* pr. *transversa* 1 Reg. 6, 2. Cant. 1, 17; per synecd. *domus* Gen. 19, 8. — Rad. קָרָה.

קוּשׁ et קֹשׁ 1) forsan ut arab. קאשׁ pro קוּשׁ *incurvum esse* more arcûs, dorsi etc. — 2) ut cognat. יָקַשׁ *tendiculam ponere*, *aucupari*; fut. pl. cum נ parag. יְקוּשׁוּן vel יְקוֹשׁוּן Jes. 29, 21. — Deriv. קֶשֶׁת.

קוּשַׁיָה et קִישִׁי m. pr. viri 1 Par. 6, 29. 15, 17.

Digitized by Google

קֶטֶא *fastidium* Eze. 16, 47. — Rad. קוּט.

קֶטֶב m. *excidium*, *exitium*. Jes. 28, 2 שַׁעַר קֶטֶב *turbo exitialis*. Etiam Deut. 32, 24. Ps. 91, 6 de vento perniciosissimo, qualis est arab. *Samoum*, intelligi potest. Rad. קטב ut vicin. חָטַב, חָצַב, קָצַב.

קֹטֶב m. *exitium*; suff. קָטְבָּךְ (qotobchâ) Hos. 13, 14. — Rad. vid. in קֶטֶב.

קְטוֹרָה f. *suffimentum* Deut. 33, 10. — Rad. קָטַר.

קְטוּרָה n. pr. mul. Gen. 25, 1 etc.

קָטַל unde fut. יִקְטֹל; *occidit, interfecit*, vox poët. Ps. 139, 19. Job 13, 15. 24, 14. — Inde

קֶטֶל m. *occisio*, *cædes* Obad. 9.

קָטַן; fut. יִקְטַן; *parvus*, *exiguus fuit* 2 Sam. 7, 19, metaph. *vilis fuit* Gen. 32, 11. — Hiph. inf. הַקְטִין *parvum facere* Amos 8, 5. — Deriv. seq.

קָטָן m. pl. קְטַנִּים; f. קְטַנָּה; pl. קְטַנּוֹת, et

קָטֹן m. constr. קְטַן; 1) *parvus*, *exiguus* Gen. 1, 16 etc., it. *parvitas* Jes. 22, 24. Spec. a) *minor natu* Gen. 9, 24: 1 Reg. 3, 7 etc. — b) *parvâ pollens auctoritate* Jes. 39, 6, de re minùs gravi Ex. 18, 22, 26. — 2) קָטָן n. pr. viri Esr. 8, 12.

קְטֹן m. *parvitas*; hinc spec. *digitus minimus*; suff. קְטֹנִי (qōtonî) vel קְטֹנִּי (qōtonnî) a formâ קָטֹן, 1 Reg. 12, 10: 2 Par. 10, 10.

קָטַף; part. act. pl. קוֹטְפִים; fut. יִקְטֹף; (conf. vicin. חָטַב, קָצַב etc.) *decerpsit*, *avellit* Deut. 23, 26. Job 30, 4. — Niph. fut. יִקָּטֵף *decerpetur* Job 8, 12.

קָטַר 1) * forsan ut vicin. עָטַר; undè part. pass. pl. f. חֲצֵרוֹת קְטֻרוֹת *atria circumcincta*, *circumclusa* Ez. 46, 20*; al. *ligata*, collat. chald. קְטַר et hebr. קָשַׁר *ligavit* i. e. camerata, tecta; al. *atria sine tecto*, collat. syr. בֵּיתָא קְטִירָא *domus sine tecto*. Sic Talmudistæ, qui interpretantur: *exhalantia fumum*, *quòd ipsis deest tectum*. — 2) ut arab. קתר *redoluit*, *fragravit*; undè

Pih. קִטֵּר; part. מְקַטֵּר; inf. קַטֵּר; fut. יְקַטֵּר; *adolevit suffivit* Jer. 1, 16 etc. Part f. מְקַטְּרוֹת *aræ* spargentes odorem suffimenti 2 Par. 30, 14. — Puh. part. f. מְקֻטֶּרֶת *suffimentum* Cant. 3, 6.

Hiph. הִקְטִיר; part. מַקְטִיר. inf. הַקְטִיר; imp. הַקְטֵר; fut. יַקְטִיר, conv. וַיַּקְטֵר; *adolevit*, *suffivit* Ex. 29, 18 etc. — Hoph. part. מֻקְטָר *suffimentum* Mal. 1, 11; fut. יֻקְטַר *adolebitur* Lev. 6, 15. — Deriv. קְטוֹרָה, קְטֹרֶת, קִיטֹר, מִקְטָר, מִקְטֶרֶת.

קִטְרוֹן n. pr. oppidi in tribu Zabulon Jud. 1, 30, quod Jos. 19, 15 קַטַּת vocatur.

קְטֹרֶת f. suff. קְטֹרְתִּי; 1) *suffimentum* Ex. 30, 1 etc. — 2) *adeps*, quæ adoleri solet Ps. 66, 15. — Rad. קָטַר.

קַטַּת vid. קִטְרוֹן.

קִיא m. *vomitus* Jes. 28, 8. Jer. 48, 26 etc. — Rad. קוּא.

קָיַח ut קוּא *vomuit*; imp. pl. קִיחוּ Jer. 25, 27.

קִישׁוֹר m. 1) *fumus* Gen. 19, 28. Ps.

Digitized by Google

119, 83. —2) *vapor*, *nebula* Ps. 148, 8. —Rad. קָטַר.

קִים n. pr. *insurrectio*, hinc meton. et collect. *adversarii*; al. *substantia*; קִימָנוּ Job 22, 10. — Rad. קוּם.

קִימָה f. *surrectio*; suff. קִימָתָם. Thren. 3, 63. — Rad. קוּם.

קִימוֹשׁ vid. קָמוֹשׁ.

קַיִן m. suff. קֵינוֹ; 1) *lanceea* 2 Sam. 21, 16. — 2) n. pr. a) viri Gen. 4, 1. — b) gentis Num. 24, 22 etc., vid. קֵינִי. — c) oppidi tribûs Judæ Jos. 15, 37. — Rad. קין ut vicin. קָנָה.

קִינָה f. pl. m. קִינִים, f. קִינוֹת; 1) *lamentatio* Jos. 15, 22. Jer. 7, 29 etc. — 2) n. pr. oppidi tribûs Judæ Jos. 15, 37. — Rad. קוּן.

קִינִי, קֵנִי et קֵינִי n. gent. populi cananitici Gen. 15, 19 etc.

קֵינָן n. pr. viri Gen. 5, 9 etc.

קַיִץ m. suff. קֵיצֵךְ; pr. *resectio*, hinc 1) *messis pomorum* Jes. 16, 9. 28, 4, it. *fructus aridi* ut forsan *ficus* 2 Sam. 16, 1. Jes. 4, 10. Amos 8, 1. — 2) pr. *tempus resectionis fructuum*, hinc *æstas* Gen. 8, 22. Ps. 74, 17. — Rad. קוּץ n. 1.

קִיצוֹן m. undè f. קִיצוֹנָה *ultima* Ex. 26, 4 etc. —Rad. קָצַץ.

קִיקָיוֹן m. vulgò *ricinus* frutex Jon. 4, 6 seq. LXX *cucurbita*. —Alii compos. putant ex קִיא *vomitus* et inusit. קָיוֹן *vomitus vehemens* à rad. קָיָה; alii vocem ægypt. esse volunt.

קִיקָלוֹן m. *vomitus ignominiæ* i. e. *gnominiosus* Hab. 2, 16; sic rectè Vulgat.—Conflatum ex קִיא et קָלוֹן.

קִיר et Jes. 22, 5 קִר c. pl. קִירוֹת; 1) *paries* Lev. 14, 37 etc., it. *murus* urbis Num. 35, 4. Jos. 2, 15, nec non *latera* aræ Lev. 1, 15. 5, 9 et *præcordia* Jer. 4, 19. — 2) forsan *locus muro munitus*, *arx*, undè קִיר מוֹאָב *arx Moab* n. pr. urbis munitæ in finibus moabitarum Jes. 15, 1, alibi קִיר חֶרֶשֶׁת, קִיר חָרֶשׁ dicta. — 3) n. pr. populi et regionis Assyriis subjectæ 2 Reg. 16, 9. Amos 1, 5. 9, 7. — Etymon latet.

קִירֹס et קֵרֹס n. pr. viri Esr. 2, 44. Neh. 7, 47.

קִישׁ n. pr. viror. Esth. 2, 5 etc.

קִישׁוֹן n. p. fluvii qui in monte Tabor ortus in sinum Acco seu Ptolemaïdis delabitur Jud. 4. 7 etc.

קִישִׁי vid. קוּשַׁיָּהוּ.

קַל m. pl. קַלִּים; f. קַלָּה; 1) *levis*, *celer* Jes. 19, 1 etc., plenè קַל בְּרַגְלָיו 2 Sam. 2, 18; spec. *equus velox* Jes. 30, 16. — 2) *velociter*, *celeriter* Jes. 5, 26. Joël 4, 4. — Rad. קָלַל.

קֹל vid. קוֹל.

קָהַל ut vicin. קָהַל undè *Niph.* fut. conv. וַיִּקָּהֲלוּ *et congregati sunt* 2 Sam. 20, 14 in Chethib, ubi Keri וַיִּקָּהֵלוּ refert.

קָלָה; part. pass. קָלוּי; 1) *torruit frigendo*, *frixit* (conv. vicin. צָלָה) fruges, grana Lev. 2, 14 etc., homines supplicii gratiâ Jer. 29, 22. — 2) ut vicin. קָלַל *vilis fuit*.—Niph. נִקְלָה 1) *adustus fuit*, undè part. נִקְלֶה *adustus*, sed meton. *adustio*, *inflammatio* Ps. 38, 8. — 2) *vilis factus est* Jes. 16, 14, *contemptim habitus est* Deut. 25, 3; part. *vilis*, *ignobilis* 1 Sam. 18, 23. Jes. 3, 5. Prov. 12, 9.

Digitized by Google

— Hiph. part. מַקְלֶה *vilipendens;* constr. מַקְלֵה Deut. 27, 16. — Deriv. קָלִי, קָלִיא et

קָלוֹן m. constr. קְלוֹן; 1) *contemptus, ignominia* Jes. 22, 18. Prov. 3, 35 etc. — 2) *turpitudo, turpiter factum* Prov. 18, 3. — 3) *pudenda* muliebria Jer. 13, 26. Nah. 3, 5.

קַלַּחַת f. *olla, lebes* 1 Sam. 2, 14 etc. — Rad. קלח ut קָלָה.

קָלַט 1) forsan ut vicin. arab. קَلَظ *contraxit se;* part. pass. קָלוּט *homo contractioris staturæ, pumilio* vel *curtus* aliquo membro Lev. 22, 23. — 2) ut in chald. *recepit* spec. fugitivum apud se. — Deriv. מְקֻלָּט.

קָלִי et קָלִיא m. *frixum, tostum* et collect. *frixa, tosta tritici, hordei grana* quibus vescuntur Orientales Lev. 23, 13; 1 Sam. 17, 17 etc. — Rad. קָלָה.

קַלַּי n. pr. viri Neh. 12, 20.

קְלָיָה et קְלָיָטָה n. pr. viri Esr. 10, 23. Neh. 8, 7 etc.

קָלַל, קָלוֹתָ; pl. קָלוּ; fut. pl. יִקְלוּ; 1) *levis fuit, factus est, imminutus est* Gen. 8, 11. — 2) *celer, velox fuit* 2 Sam. 1, 23 etc. — 3) *vilis contemptus fuit* Nah. 1, 12. Job. 40, 4. — Niph. נִקַּל et נִקֵּל, נִקַּלְתִּי; part. נִקָּל, f. נִקֶּלֶת; fut. יִקַּל; pl. יִקְלוּ; 1) *levis fuit.* עַל־נִקְלָה *leviter* Jer. 6, 14 etc. seq. לְ pers. *facilis fuit alicui* 2 Reg. 20, 10. Prov. 14, 6. — 2) *celer fuit* Jes. 30, 16. — 3) *levis, exiguus fuit* seq. בְּעֵינַי 1 Sam. 18, 23. נִקַּל מִן *parùm est, quòd, ut* Jes. 49, 6. Eze. 8, 17. — 4 *vilis, contemptus fuit* Gen. 16, 4: 2 Sam. 6, 22.

Pih. קִלֵּל; part. מְקַלֵּל; suff. מְקַלֶּלְךָ, in pausâ excidente Dag. מְקַלֶּלֶךָ, sed מְקַלְלוֹנִי conflatum videtur ex duabus lectionibus מְקַלְלַנִי et מְקַלְּלוֹנִי; pl. מְקַלְּלִים; inf. קַלֵּל, suff. קַלְלוֹ, cum נ epenth. קַלְלָךְ; imp. קַלֵּל; fut. יְקַלֵּל; 1) *maledixit, exsecratus est* 2 Sam. 16, 7, seq. acc. Gen. 8, 21 etc., sed seq. בְּ Jes. 8, 21. קִלֵּל לוֹ reflex. *maledixit sibi* 1 Sam. 3, 13. — Puh. part. מְקֻלָּל; fut. יְקֻלַּל; *maledictus est* Jes. 65, 20. Ps. 37, 22: *maledicti ejus* i. e. *ab eo.*

Hiph. הֵקֵל, הֵקַלְתָּ, pl. הֵקֵלּוּ; inf. et imp. הָקֵל; fut. יָקֵל; 1) *levem fecit, levavit,* seq. מֵעַל pers. et acc. rei *aliquid ab aliquo* et *abstulit, retraxit* 1 Sam. 6, 5: 1 Reg. 12, 10; omisso acc. sed subaudito *onere, negotio* Ex. 18, 22. Jon. 1, 5. Seq. מִן rei *levavit, remisit* aliquid *de* 1 Reg. 12, 4. — 2) *vilipendit* 2 Sam. 19, 44. Eze. 22, 7, *ignominiâ affecit.*

Pilp. קִלְקֵל 1) *motitavit* Eze. 21, 26. — 2) *lævigavit, tersit* Eccl. 10, 10. — Hithpalp. הִתְקַלְקֵל *commotus, concussus est* Jer. 4, 24. — Deriv. קַל, קִלְקַל et seq.

קָלָל m. *tersus, politus* Eze. 1, 7. Dan. 10, 6.

קְלָלָה f. constr. קִלְלַת; pl. קְלָלוֹת; *maledictio, exsecratio, imprecatio* Gen. 27, 12 etc.; meton. *maledictus* Deut. 21, 23. 28, 15, 45.

קָלַס undè Pih. inf. קַלֵּס *irridere, spernere* Eze. 16, 31, ubi dicitur de meretrice quæ mercedem spernit ut major detur, seu ut rectè Vulgat. *fastidio augens pretium.* — Hithpah.

Digitized by Google

fut. יִתְקַלֵּס *irridebit* seq. בְּ Eze. 22, 5. Hab. 1, 10 etc. — Deriv. seq.

קֶלֶס m. *irrisio* Jer. 20, 8 etc.

קַלְסָה f. id. Eze. 22, 4.

קָלַע 1) *sculpsit, cælavit* 1 Reg. 6, 29, 32, 35. — 2) denom. à קֶלַע, *fundâ projecit*, undè part. act. קוֹלֵעַ *funditor* Jud. 20, 26, trop. Jer. 10, 18. — 3) * forsan ut vicin. קָרַע *disrupit, dissecuit, avellit*, undè קֶלַע m. 2. q. vid. * — Pih. fut. conv. וַיְקַלַּע, cum suff. et נ epenth. וַיְקַלְּעֵנָה; *fundâ projecit* 1 Sam. 17, 49 etc. — Deriv. מִקְלַעַת.

קֶלַע m. suff. קַלְעוֹ; pl. קְלָעִים; constr. קַלְעֵי; 1) *funda* 1 Sam. 17, 40. — 2) * pr. forsan *disruptio, dissectio, avulsio*, hinc *vela, cortinæ* (conf. פְּרֹכֶת à rad. פָּרַךְ) Ex. 27, 9. Num. 3, 26 etc. — 3) * pl. קְלָעִים ut vicin. צְלָעִים * *valvæ januæ* 1 Reg. 6, 34, nisi reapse reponendum sit in textu צְלָעִים quod exstat in primo hemistichio et in uno cod. Kennic. — Indè

קַלָּע m. *funditor*; pl. קַלָּעִים 2 Reg. 3, 25.

קְלֵקֵל m. *vilissimus* cibus Num. 21, 5. — Rad. קָלַל.

קֶלְשׁוֹן m. *furca* tridens quâ fœnum, stramen colligitur 1 Sam. 13, 21. — Rad. קֶלֶשׁ per metathes., ut volunt, pro לֶקֶשׁ *collegit*.

קָמָה f. constr. קָמַת; pl. קָמוֹת; *culmus* et collect. *culmi segetis, seges in culmis stans*. Ex 22, 5. Jud. 15, 5 etc. — Rad. קוּם.

קְמוּאֵל nom. pr. viror. Gen. 22, 21 etc.

קָמוֹן n. pr. oppidi in Galaad Jud. 10, 8.

קִמּוֹשׁ, קִימוֹשׁ m. et pl. קִמְשֹׁנִים; *urtica*; sic post Vulgat. Celsius (in Hierobot.) Jes. 34, 13. Hos. 9, 6. Prov. 24, 31. — Etymon latet.

קֶמַח m. *farina* Gen. 18, 6 etc. — Rad. קמח in talmud. *molsit*.

קָמַט plerisque *corrugavit* ex usu syr.; sed forsan *constrinxit* manibus, *firmiter comprehendit* ut in chald. conf. etiam vicin. קָבַץ, קָמַץ, קָפַץ; Job 16, 8. — Puh. קֻמַּט *comprehensus est* Job 22, 16.

קָמַל et קָמַל *emarcuit* planta Jes. 19, 6. 33, 9.

קָמַץ ut vicin. קָבַץ, קָפַץ *comprehendit, cepit pugillo* Lev. 2, 2 etc. — Indè

קֹמֶץ m. suff. קְמָצוֹ; pl. קְמָצִים; 1) *pugillus* Lev. 2, 2 etc. — 2) *manipulus* Gen. 41, 47.

קִמְשׁוֹנִים vid. קִמּוֹשׁ.

קֵן m. constr. seq. Makkaph קַן; suff. קִנּוֹ; pl. קִנִּים; 1) *nidus* Jes. 10, 14, meton. *pulli in nido* Deut. 32, 11. Jes. 16, 2. — 2) *habitatio, domicilium* quodcumque Num. 24, 21. Jer. 49, 16 etc. Plur. קִנִּים *mansiunculæ, cellulæ* arcæ Gen. 6, 14. — Rad. קָנַן, sed indè denom. קִנֵּן.

קָנָא undè Pih. קִנֵּא, pl. cum suff. absque Dag. קִנְאוּנִי; part. מְקַנֵּא; inf. abs. קַנֵּא et cum suff. קַנְאוֹ et קַנְאָתוֹ; fut. יְקַנֵּא; 1) *zelotypus fuit* seq. acc. et בְּ Gen. 30, 1. Num. 5, 14, it. *zelotypiam et iram* alicujus *concitavit* seq. בְּ aliquâ re Deut. 32, 21: 1 Reg.

Digitized by Google

14, 22. — 2) *invidit* seq. acc. בְּ, לְ et acc. pers. *dicui* Gen. 26, 14. Ps. 106, 16. Prov. 23, 17 etc. — 3) *ardenti studio flagravit* seq. לְ *in favorem* alicujus Num. 25, 11 etc., seq. בְּ *contra* aliquem Prov. 3, 31.

Hiph. הִקְנִיא unde part. מַקְנֶה tanquam à קָנָה; fut. יַקְנִיא; *zelotypiam concitavit* Deut. 32, 16 etc. — Deriv. קַנְאָה et seq.

קַנָּא m. *zelotes* Ex. 20, 5 etc.

קִנְאָה f. constr. קִנְאַת; pl. קִנְאוֹת; 1) *zelotypia* Num. 5, 15. Prov. 6, 34 etc. — 2) *invidia* Job 5, 2, meton. *objectum invidiæ* Eccl. 4, 4. — 3) *studium ardens* erga aliquem 2 Reg. 19, 16. Jes. 9, 6. קִנְאַת יְהוָה *studium* Dei erga populum Jes. 26, 11; generatim *amor ardens* Cant. 8, 6, et in malam partem *ira, indignatio* Deut. 29, 19. Ps. 79, 5. —

קָנָה; part. act. קֹנֶה; constr. קֹנֵה; inf. absol. קָנוֹ et קָנֹה; constr. קְנוֹת et קָנוֹת; imp. קְנֵה; fut. יִקְנֶה; conv. וַיִּקְן; 1) * *laboravit, elaboravit, formavit* (cons. vicin. כּוּן), *creavit* Gen. 4, 1. 14, 19. Deut. 32, 6 etc. — 2) *laboratio comparavit* sibi, *acquisivit* Prov. 4, 7. Ruth 4, 9 etc*. Spec. *emit* Gen. 25, 10 etc., it. *redemit* populum ex servitute Jes. 11, 11. Neh. 5, 18. — Niph. נִקְנָה; fut. יִקָּנֶה; *comparatus, acquisitus est* Jer. 32, 15. 43. — Hiph. הִקְנָה; *comparavit, emit* Zach. 13, 5; sed part. מַקְנֶה vid. in קָנָא. — Deriv. קִנְיָן, מִקְנֶה, מִקְנָה et

קָנֶה m. constr. קְנֵה; suff. קָנֶהָ; pl. קָנִים; constr. קְנֵי; pl. f. קָנוֹת; 1) *canna, calamus, arundo*, spec. palustris Jes. 42, 3 etc., aromaticus et adoratus Jes. 43, 24, plenè קָנֶה־בֹשֶׂם Ex. 30, 23 et קָנֶה חָטוּב Jer. 6, 20. — 2) *culmus* frugum Gen. 41, 5, 22. — 3) *pertica mensoria* Ezc. 40, 3 etc. — 4) *jugum stateræ*, undè bilances dependent Jes. 46, 6. — 5) *os lucerti* Job 31, 22, hinc *scapus* candelabri Ex. 25, 31. Plur. m. et f. *canales, brachia* candelabri lucernas gestantia Ex. 25, 31 36, etc. — Etymon latet.

קָנָה n. pr. 1) rivi Jos. 16, 8 etc. — 2) oppidi in tribu Aser Jos. 18, 28.

קַנּוּא m. *zelotes* Jos. 24, 19. Neh. 1, 2. — Rad. קָנָא.

קֵנָז n. pr. viror. Gen. 36, 11 etc.

קְנִזִּי n. pr. 1) populi Canaanei Gen. 15, 19. — 2) patron. Num. 32, 33 etc.

קִנְיָן m. constr. קִנְיַן; 1) *effoetum, creatura* Ps. 104, 24. — 2) *acquisitio, emptio* Lev. 22, 11. Prov. 4, 7. — 3) *possessio, opes* Gen. 34, 23. Ps. 105, 21. — Rad. קָנָה.

קִנָּמוֹן masc. constr. cum Makkaph קִנְּמָן־; *cinnamomum* Ex. 30, 23 etc. — Etymon latet.

קָנַן forsan ut vicin. קָנָה *elaboravit, formavit* undè קֵן *nidus*. — Pih. קִנֵּן; fut. וְקִנַּן; denom. à קֵן, *nidificavit* Jes. 34, 15. Ps. 104, 17. — Puh. part. f. cum parag. מְקֻנָּנָתִי *instructa nido, stabulans* Jer. 22, 23 in Chethib, ubi Keri habet מְקֻנֶּנֶת pro מְקֻנָּנָת, ut יוֹלֶדֶת pro יוֹלֵדֶת.

קִנְצִי vid. קוּץ.

קָנָת n. pr. oppidi Num. 32, 42 etc.

קָסַם; part. act. קֹסֵם; inf. constr. קְסוֹם; imper. f. קְסָמִי (pro קָסְמִי) 1

Sam. 28, 8 in Keri ubi Chethib habet retracto accentu קְסוֹמִי; fut. יִקְסֹם; ut vicin. syr. קְסַם *divinavit, hariolatus est* Deut. 18, 10. Jos. 13, 22 etc. — Deriv. מִקְסָם et

קֶסֶם m. pl. קְסָמִים; *divinatio* 1 Sam. 15, 23 etc.; meton. *divinationis præmium* Num. 22, 7. — 2) *oraculum divinum* Prov. 16, 10.

קָסַס ut vicin. קָצַץ. — Poh. fut. יְקוֹסַס *abscindet* Eze. 17, 9.

קֻסְתָּא fem. ut vicin. קֻשְׁתָּא *vasculum, phiala*; hinc *vasculum scribæ* i. e. atramentarium Eze. 9, 2, 3, 11.

קְעִילָה n. pr. oppidi tribûs Judæ Jos. 15, 44 etc.

קַעֲקַע m. *stigma*, nota cuti insita Lev. 29, 28. — Rad. קעע ut cognat. קוע.

קְעָרָה f. constr. קַעֲרַת; pl. קְעָרוֹת; constr. קַעֲרוֹת; *scutella, patera, lanx* Num. 7, 13 seq. — Rad. arab. قعر *profundus fuit*, et قعراء *scutella profunda*.

קָפָא; part. act. pl. קֹפְאִים; fut. pl. cum נ parag. in pausâ יִקְפָּאוּן; *concrevit, condensatus, coagulatus fuit* Ex. 15, 8 et Zach. 14, 6 in Chethib; trop. de iis qui in vitiis suis tantâ conquiescunt tranquillitate, ut nullis rerum eventis agitentur, haud secùs atque vinum quod non transfunditur sed suis fæcibus incumbit. Conf. Jer. 48, 11. — Hiph. fut. יַקְפִיא *coagulabit* Job 10, 10. — Indè

קִפָּאוֹן m. *concretio, gelu* Zach. 14, 6 in Keri, ubi Chethib habet יִקְפָּאוֹן q. v. in rad.

קָפַד forsan ut in arab. قفد *contraxit, convolvit*. — Pih. קִפֵּד ut in chald. *abscidit, præcidit*. Jes. 38, 12: *præcidi ut textor vitam meam*. Vulgat. *præcisa est velut à texente vita mea*; multò commodiùs. — Deriv. seq.

קֶפֶד m. *excidium*; cum ה parag. קֶפְדָּה Eze. 27, 5.

קִפּוֹד m. *erinaceus*, qui metu se contrahit et convolvit Jes. 14, 23 etc.

קִפּוֹז m. ut in arab. قفاز (qiffazah) *serpens jaculus* Jes. 34, 15. — Rad. קפז ut in arab. et vicin. chald. קַפֵּץ *subsiluit, insiluit*.

קָפַץ; fut. יִקְפֹּץ; ut vicin. קָמַץ *contraxit, occlusit* ex Ps. 109, 42. Job 5, 16, manum l. e. *illiberalis fuit* Deut. 15, 7; metaph. misericordiam Ps. 77, 10. — Niph. fut. plur. cum נ parag. יִקָּפְצוּן *occludentur* scilic. in sepulchro Job 24, 24. — Pih. part. מְקַפֵּץ *saliens* Cant. 2, 8.

קֵץ m. suff. קִצּוֹ et קִצָּהּ; pl. constr. resoluto Dag. in נ more chald. קִצְבֵּי; *finis, extremitas* Gen. 8, 6. Jes. 37, 24. Spec. a) *excidium, interitus* populi Gen. 6, 13. Eze. 7, 12 etc. — b) *eventus* vaticinii Hab. 2, 3. — Rad. קָצַץ.

קָצַב; part. pass. plur. f. קְצוּבוֹת; fut. יִקְצַב; ut vicin. קָצַר, קָצָה, *præcidit* lignum 2 Reg. 6, 6, hinc *tondit* oves Cant. 4, 2. — Indè

קֶצֶב m. pr. *præcisio*, hinc 1) *formatio, forma* (*taille*) 1 Reg. 6, 25. 7, 37. — 2) pl. constr. קַצְבֵּי הָרִים forsan *fines* i. e. radices *montium* Jon. 2, 7. Vulgat. *extrema montium*.

קָצָה 1) ut vicin. קָצַץ *præcidit, ab-*

Digitized by Google

scidit, hinc *perdidit* inf. constr. קְצוֹת Hab. 2, 10. — 2) *dijudicavit*. — 3) *finivit*. — Pih. part. מְקַצֶּה; inf. קַצּוֹת *abscindere* 2 Reg. 10, 32; part. מְקַצֶּה רַגְלַיִם *detruncans* sibi *pedes* i. e. nihil proficiens Prov. 26, 6. — Hiph. הִקְצָה ut vicin. קָצַע; inf. הַקְצוֹת pro הַחְקְצוֹת Lev. 14, 42, 43. — Deriv. קָצִין et seq.

קָצֶה fem. constr. קְצַת; pl. constr. קְצוֹת; 1) *finis*, *extremitas* Ex. 26, 4. Jes. 40, 28 etc. — 2) *universitas*, *summa* 1 Reg. 12, 31. 13, 33.

קָצֶה m. constr. קְצֵה; suff. קְצֵהוּ; pl. cum suff. קְצֵיהֶם; 1) ut קֵץ *finis*, *extremum* Ex. 13, 20. Jes. 7, 18 etc. — 2) *universitas*, *summa* Gen. 47, 2. Jes. 56, 11 etc.

קֵצֶה m. *finis* Jes. 9, 7 etc.

קָצֶו vel קָצוּ m. undè pl. constr. קְצוֹי *fines*, *extremitates* Ps. 48, 11. 65, 6.

קְצָוָה vel קַצְוָה; f. undè pl. קְצָוֹת et קְצָוֹת; suff. קַצְוֹתָיו Ex. 37, 8. 39, 4 in Chethib, sed Keri habet קְצוֹתָיו; *fines*, *extremitates* Ex. 38, 5. Ps. 65, 9.

קֶצַח m. *nigella*, *melanthium* Jes. 28, 25, 27. — Rad. קצח forsan ut vicin. כָּסַח.

קָצִין m. constr. קְצִין; pl. constr. קְצִינֵי; 1) *judex*, *magistratus* Jes. 1, 10. Mich. 3, 9 etc. — 2) *dux* belli, *imperator* Jos. 10, 24. Dan. 11, 18 etc. — 3) *princeps* Prov. 6, 7. 25, 15. — Rad. קָצָה.

קְצִיץ n. pr. vid. in עֵמֶק.

קְצִיעָה f. 1) *cassia*; pl. קְצִיעוֹת Ps. 45, 9. — 2) n. pr. mul. Job 42, 14. — Rad. קָצַע.

קָצִיר m. constr. קְצִיר; plur. cum suff. קְצִירֵיהָ; 1) *messis* Gen. 8, 22 etc. Meton. a) *fruges demessæ* Lev. 19, 9. 23, 22. — b) *messores* Jes. 17, 5. — 2) *ramus*, *frons* Ps. 80, 12. Job 14, 9 etc. — Rad. קָצַר.

קָצַע 1) ut vicin. arab. قَطَع *secuit*, *præcidit*. — 2) *abrasit*, *decorticavit*. — Hiph. fut. יַקְצִיעַ *abradet* Lev. 14, 41. — Hoph. part. pl. f. מֻהְקְצָעוֹת (pro מֻקְצָעוֹת) *loca præcisa*, *anguli* Eze. 46, 22. — Deriv. קְצִיעָה, מַקְצוּעָה, מַקְצֵעַ.

קָצַף; part. act. קֹצֵף; inf. constr. קְצֹף; fut. יִקְצֹף; 1) ut vicin. קָצַב. — 2) *ferbuit ira*, *succensuit* Jes. 57, 16 etc., seq. אֶל, עַל Gen. 40, 2. Jos. 22, 18 etc. — Hiph. הִקְצִיף; part. pl. מַקְצִיפִים; inf. הַקְצִיף; fut. יַקְצִיף; *irritavit* Deut. 9, 7, 8, 22. — Hithpah. הִתְקַצֵּף *succensuit* Jes. 8, 21. — Deriv. seq.

קֶצֶף m. suff. קֶצְפִּי, קֶצְפְּךָ; 1) *fractum* quid, *sarmenta* Hos. 10, 7. LXX et Theodot. φρύγανον, Vulgat. *spuma*. — 2) *ira fervens* Jes. 9, 20. Eccl. 5, 16 etc. — 3) *altercatio*, *lis* Esth. 1, 18.

קְצָפָה f. *fractura* Joël 1, 7.

קָצַץ, קָצַתָּה; part. pass. pl. constr. קְצוּצֵי; ut vicin. קָצַב, קָצַע etc. *præcidit*, *amputavit* Deut. 25, 12. Jer. 9, 25 etc. — Pih. קִצֵּץ et קִצַּץ; fut. יְקַצֵּץ; 1) id. Jud. 1, 6. Ps. 129, 4 etc. — 2) *dissecuit* Ex. 39, 3. — 3) *abscidit*, *desecuit* 2 Reg. 18, 16 etc. — Poh. part. pl. מְקֻצָּצִים *amputati* Jud. 1, 7. — Deriv. קֵץ, קִיצוֹן.

קָצַר et קָצֵר, part. act. קוֹצֵר; pass. pl. f. קְצֻרוֹת; inf. absol. קָצוֹר;

Digitized by Google

constr. קְצַר; suff. קְצָרֵם; imp. קְצֹר; fut. יִקְצֹר, יִקְצוֹר et יִקְצַר; 1) *abscidit* spec. fruges, hinc *messuit*, *demessuit* Lev. 19, 9 etc. Part. act. קוֹצֵר *messor* Ruth 2, 3 seq. Metaph. Job 4, 8. Prov. 22, 8. — 2) intrans. *curtus*, *brevis fuit* Jes. 28, 20. Spec. de manu, i. e. nihil potuit, valuit Num. 11, 23. Jer. 50, 2, de animo, i. e. impatiens fuit Num. 21, 4 etc.

Pih. קִצַּר *decurtavit* Ps. 102, 24. — Hiph. הִקְצִיר; 1) *messuit* Job 24, 6 in Chethib — 2) *decurtavit* Ps. 102, 24. — Deriv. קָצִיר et seq.

קָצָר m. constr. קְצַר; pl. קְצָרִים; *brevis* Eze. 42, 5, adjecto יָד, *impotens*; רוּחַ, אַפַּיִם *impatiens*, *proclivis ad iram*, יָמִים *parùm vivens*.

קֹצֶר m. undè קֹצֶר רוּחַ *impatientia* Ex. 6, 9.

קְצָת f. (form. מְנָת) sed ubiquè cum præp. מִן, undè מִקְּצָת pro מִקְּקָצָת; 1) *in fine* Dan. 1, 15 etc. לְמִקְצָת id. vers. 18. — 2) *pars* ad verbum *è parte* Dan. 1, 2, 18. Neh. 7, 70. — Rad. קָצָה.

קַר vel קָר m. pl. קָרִים; 1) *frigidus* Jer. 16, 14. Prov. 25, 25. — 2) *quietus* Prov. 17, 27 in Chethib, ubi Keri habet יָקָר q. v. — Rad. קָדַר.

קִר vid. קִיר.

קֹר m. *frigus* Gen. 8. 22. Rad. קרר.

קָרָא, f. irreg. קְרָאת; part. act. קוֹרֵא; pl. קוֹרְאִים; suff. קֹרְאָיו; pl. f. קֹרְאֹת; pass. קָרוּא; pl. קְרוּאִים et קְרָאִים; inf. constr. קְרֹא, קְרֹאוֹת; suff. קָרְאִי; it. קְרָאָה (formæ יִרְאָה) undè קְרָאת sed ex syraïsmo קְרַאת; suff. קָרְאָתִי, קָרְאָתְכֶם; imp. קְרָא; f. plur. f. קְרָאֶן; apoc. קְרָאֶן; fut. יִקְרָא suff. יִקְרָאוּ pro יִקְרָאוּ; suff. adjecto נ, יִקְרָאֻנִנִי; 1) *clamavit* Gen. 39, 14. Esth. 6, 9 etc. Spec. a) seq. אֶל, עַל pers. *clamavit ad aliquem*, *inclamavit aliquem* Jud. 18, 23. Jes. 34, 14, seq. אַחֲרֵי *clamavit ad aliquem abeuntem* (gall. *crier après quelqu'un*) 1 Sam. 20, 37 etc. — b) *opem imploravit* imprimis Dei Ps. 4, 2 etc., seq. אֶל, לְ 2 Reg. 20, 11. Ps. 57, 3; addito עַל pers. cujus gratiâ auxilium imploratur Deut. 15, 9. — c) *proclamavit*, *indixit* Jes. 40, 3. Jon. 3, 5. — 2) *vocavit*, spec. *vocando arcessivit* aliquem seq. acc. אֶל, לְ Gen. 27, 1. Ex. 3, 4. Jes. 46, 11; hinc *convocavit* Gen. 41, 8. Joël 1, 14, *invitavit* 1 Sam. 9, 13 etc., *elegit* seq. acc. לְ, et "בְּשֵׁם פ Jes. 22, 20. 42, 6. 43, 1, conf. Ex. 31, 2; sed "קָרָא בְשֵׁם פ interdùm est *celebravit nomen alicujus* ut Jes. 44, 5. Ps. 49, 12. Formula קָרָא בְשֵׁם יְהוָה vel קָרָא שֵׁם valet *invocavit nomen Dei*, *Deum celebravit*, *opem ejus imploravit* Gen. 4, 26. Ps. 99, 6 etc.; sed Ex. 33, 10 (19) est *nominatim clamabo : Jehova*, *nomen Jehovæ pronuntiabo*. — 3) *appellavit*, *nominavit*, *nuncupavit*, plenè קָרָא שֵׁם לְ, *nomen clamavit*, *imposuit alicui* Gen. 1, 5. Jes. 47, 1, seq. dupl. acc. Gen. 4, 25. Num. 32, 41 etc. — 4) *recitavit*, *altâ voce legit* seq. acc. Ex. 24, 7 etc., seq. בַּסֵּפֶר *legit* quæ *in libro* scripta sunt Jes. 36, 14. Neh. 8, 8 etc. Dein generatim *legit* Deut. 17, 19. Jes. 29, 11 etc. — 5) ut vicin. קָרָה *occurrit*, hinc *accidit*, *evenit* seq. acc.

Digitized by Google

pers. *alicui* Gen. 42, 4. Lev. 10, 19 etc. Inf. cum præp. לְ, לִקְרָאת a) *in occursum, obviàm* Ex. 4, 27, hostili sensu Jud. 7, 24, prægnanter Jos. 11, 20 : *ut pertinax fieret cor eorum* לִקְרַאת הַמִּלְחָמָה *ad occursum belli* pro *et bello obviàm irent.* — b) *è regione* (*vis-à-vis*) Gen. 15, 10 : 1 Sam. 4, 2.

Niph. præt. et part. נִקְרָא; inf. abs. נִקְרֹא; fut. יִקָּרֵא; 1) *vocatus, arcessitus, convocatus est* Jer. 44, 26. Esth. 3, 12. — 2) *nominatus, nuncupatus est* seq. לְ pers. vel rei cui nomen imponitur, pr. *clamatum est aliquid alicui* Gen. 22, 23. Jes. 1, 26, it. seq. nominat. Zach. 8, 3, et addito שֵׁם Gen. 17, 5. Dan. 10, 1 etc. נִקְרָא בְשֵׁם פ׳ *nominatus est de nomine alicujus, nomen ejus gessit* Jes. 43, 7. 48, 1, vel simpl. בְּ Gen. 21, 12, vel עַל שֵׁם 48, 6, vel מִן Jes. 48, 2 : מֵעִיר הַקֹּדֶשׁ נִקְרָאוּ *nomine urbis sanctæ appellati sunt* i. e. incolæ urbis sanctæ. Cæterùm haud raro *appellari* dicitur pro *esse*, ut Jes. 1, 26. 9, 5, 30, 7 etc. — 3) *prælectum, recitatum est* Esth. 6, 1. Neh. 13, 1. — 4) ut vicin. נִקְרָה *obviàm factus est*, seq. עַל, לִפְנֵי pers. *alicui* Ex. 5, 3 : 2 Sam. 18, 9, de rebus Deut. 22, 6, hinc *fortè, casu fuit* 2 Sam. 1, 6. 20, 1.

Puh. קֹרָא; part. cum suff. מְקֹרָאַי 1) *electus est* Jes. 48, 12. — 2) *appellatus est* Jes. 65, 1, sæpiùs seq. לְ Eze. 10, 13 etc. — Hiph. fut. conv. וַיַּקְרֵא *et accidere fecit, attulit* alicui mala, cum dupl. acc. Jer. 32, 23. — Deriv. קְרִיאָה, קְרִיאָה, מִקְרָא et

קֹרֶא m 1) *perdix* 1 Sam. 26, 20. Jer. 17, 11. — 2) n. pr. viri 1 Par. 9, 19 etc.

קָרַב et קָרֵב; inf. קָרֹב et קָרְבָה; cum suff. קָרְבָתָם, קָרְבְּכֶם; imp. קְרַב; cum ה parag. קָרְבָה; fut. יִקְרַב; *accessit, appropinquavit, propinquus fuit* de hominibus et rebus Gen. 47, 29. Jos. 10, 24 etc.; hostili sensu Deut. 20, 2. Jos. 8, 5 etc. seq. אֶל pers. vel rei, rariùs לְ et בְּ. *Appropinquavit* Deus i. e. *opitulatus est;* ità de hominibus 1 Reg. 2, 7. *Contrà accessit ad Deum* homo i. e. Deum coluit Soph. 3, 2, it. ministerio sacro in templo functus est Lev. 16, 1. Eze. 4, 46. *Accesit ad mulierem* i. e. cum eâ concubuit Gen. 20, 4. Jer. 8, 3. — Niph. נִקְרַב *accessit* Ex. 22, 7. Jos. 7, 14.

Pih. קֵרֵב; imp. קָרֵב; fut. יְקָרֵב; 1) *appropinquare fecit* Jes. 41, 21, hinc *admisit, excepit* Ps. 65, 5. — 2) intrans. et intensivè *valdè appropinquavit* Eze. 36, 8. — Hiph. הִקְרִיב; part. מַקְרִיב; pl. מַקְרִיבִים; infin. הַקְרִיב; imp. הַקְרֵב; fut. יַקְרִיב; conv. וַיַּקְרֵב; 1) *appropinquare fecit, jussit*, hinc *adduxit* Ex. 28, 1. Eze. 22, 4, *admisit* Num. 8, 9. Jer. 30, 21, *admovit* Jes. 5, 8, *attulit, obtulit* Lev. 3, 1. Jud. 3, 18 etc., *detulit* Deut. 1, 17; sed seq. מִן *recedere fecit, removit* 2 Reg. 16, 14. — 2) intrans. *appropinquavit* Ex. 14, 10, it. seq. gerundio *propè abfuit, in eo fuit ut faceret* Gen. 12, 11. Jes. 26, 17. — Deriv. קָרוֹב et seq.

קָרֵב m. pl. f. קְרֵבִים; *appropinquans* Deut. 20, 3 : 1 Reg. 5, 7 etc.

Digitized by Google

קְרָב m. pl. f. קְרָבוֹת; *prælium*, *certamen* 2 Sam. 17, 11. Ps. 68, 31 etc.

קֶרֶב masc. suff. קִרְבִּי, קִרְבֵּנָה pro קֶרֶבֶן; pl. cum suff. קִרְבַּי; 1) *intimum*, *medium* rei, undè בְּקֶרֶב *in medio*, sed sæpiùs tantùm *inter*, *in* Gen. 45, 6. Jud. 1, 32. Ps. 48, 10 etc. — 2) spec. *interiora* corporis, *viscera* Gen. 41, 21. Ex. 2, 9, 13; it. *cor*, *animus* Ps. 5, 10 etc.

קִרְבָה f. *appropinquatio;* constr. קִרְבַת Jes. 58, 2. Ps. 73, 28.

קָרְבָּן m. constr. קָרְבַּן; plur. cum suff. קָרְבָּנֵיהֶם et קָרְבְּנֵיהֶם; *oblatio*, sacrificium, cruentum vel incruentum Lev. 2, 1. 7, 13 etc.

קֻרְבָּן m. *oblatio;* constr. קֻרְבַּן Neh. 10, 35. 1, 31.

קַרְדֹּם m. undè cum suff. קַרְדְּמִי; pl. קַרְדֻּמִים; f. קַרְדֻּמוֹת et קַרְדְּמוֹת; *securis* Jud. 9, 48. Ps. 74, 5 etc.

קָרָה f. suff. קָרָתוֹ; *frigus* Nah. 3, 17 etc. — Rad. קָרַר.

קָרָה; part. act. pl. f. קָרוֹת; fut. יִקְרֶה; conv. וַיִּקְרֶא; suff. יִקְרֵנִי et cum Dag. יִקְרֶךָּ; ut vicin. קָרָא n. 5; *occurrit*, *obviàm ivit* sensu hostili, seq. acc. pers. alicui Deut. 25, 18; hinc *evenit*, *accidit* Jes. 41, 22, seq. acc. et לְ Gen. 44, 29. Dan. 10, 14 etc. — Niph. נִקְרָה; fut. יִקָּרֶה; conv. וַיִּקָּר; *occurrit*, *obviàm factus est* Num. 23, 15, seq. לְ, עַל, אֶל et לִקְרַאת Ex. 3, 18. Num. 23, 3, 4, 16; it. *fortè*, *casu fuit* 2 Sam. 1, 6. — Pih. קִרָּה; part. מְקָרֶה; inf. קָרוֹת; *occurere fecit* spec. *trabem trabi*, *contignavit* Neh. 2, 8 : 2 Par. 34, 11 etc., hinc *struxit*, *ædificavit* Ps. 104, 3. — Hipb. הִקְרָה; imp. הַקְרֵה; *fecit ut occurreret* seq. לְפָנַי Gen. 27, 20. 24, 12; it. *obvium fecit* sibi aliquid i. e. quæsivit, selegit Num. 35, 11. — Deriv. קוֹרָה, קָרִי, קְרִיָּה, קֶרֶת, מִקְרֶה, מִקְרֶה et

קֶרֶה m. *casus;* constr. מִקְרֵה לַיְלָה *propter casum nocturnum* i. e. pollutionem nocturnam Deut. 23, 11.

קָרוֹב m. pl. קְרֹבִים; f. קְרוֹבָה; pl. קְרוֹבוֹת; 1) *propinquus* a) de loco Gen. 19, 20, seq. אֶל Deut. 22, 2 etc. — b) de tempore Jes. 13, 6 etc., seq. מִפָּנַי Job 17, 12 : *lux propinqua est* (*propè abest à*) *tenebris* i. e. mox in tenebras mutabitur. — c) de cognato et affini seq. אֶל, לְ Num. 27, 11. Ruth. 2, 20. — d) de familiari Ps. 38, 12. Job 19, 14; hinc *familiare nomen* seu quod quotidiè ore profertur Ps. 75, 2. — e) de eo qui alteri fert opem Ps. 34, 19. 119, 151. 148, 14. — 2) *brevis*, hinc *breve*, *brevitas* Job 20, 5 : jubilum impiorum מְקָרוֹב *breve est*, pr. *à brevitate* (*de courte durée*); *est* etiam מְקָרוֹב *intra breve spatium*, *brevi*, *mox* Eze. 7, 8.

קָרַח imper. f. קָרְחִי; fut. cum ה parag. יִקְרְחָה; *glabravit*, *decalvavit se*, *calvitium sibi fecit* (conf. vicin. גָּלַח) Lev. 21, 5. Mich. 1, 16. — Niph. fut. יִקָּרֵחַ *calvitium inducetur* seq. לְ pers. *alicujus gratiâ* Jer. 16, 6. — Hiph. הִקְרִיחַ *calvitium induxit* Eze. 27, 31. — Hoph. part. מְקֹרָח *calvatus* Eze. 29, 18. — Deriv. seq.

קָרְחַ n. pr. viri 2 Reg. 25, 23.

קֶרַח m. *calvus* in occipite (divers. à גִּבֵּחַ q. v.) Lev. 13, 40 etc.

Digitized by Google

קֶרַח m. 1) *glacies* Job 6, 16 etc., hinc *frigus* Gen. 31, 40. Jer. 36, 30. — 2) *crystallus* Eze. 1, 22.

קֹרַח m. suff. קָרְחוֹ; 1) *grando* Ps. 147, 17. — 2) n. pr. viror. Gen. 36, 5. 14, 16: 1 Par. 2, 43 etc., in quibus memorabilis est Levita contra Moysen conjuratus Ex. 6, 21. Num. 16, 1 seq. Ejusdem gentis sunt בְּנֵי קֹרַח *filii Kore*, Levitæ et cantores quibus plures Psalmi tribuuntur. Nom. patron. קָרְחִי Num. 26, 58 etc.

קַרְחָא f. Eze. 27, 31, alibi חַרְחָה; suff. קָרְחָתֵךְ; *calvitium* in occipite Lev. 21, 1. Jer. 47, 5 etc., it. in sincipite ut בַּבַּחַת Deut. 14, 1.

קָרְחִי n. patron. vid. in קֹרַח.

קַרַחַת f. suff. קָרְחָתוֹ; *calvitium* in occipite Lev. 13, 42, 43, hinc translatè *locus depilis* in aversâ parte panni Lev. 13, 55.

קְרִי m. in pausâ קָרִי *occursus hostilis* Lev. 26, 21 etc. — Rad. קָרָה.

קָרִיא m. *vocatus*, *electus*; plur. constr. קְרִיאֵי et קְרָאֵי; Num. 16, 2 in Chethib, et 1, 16. 26, 9 in Keri, ubi Chethib קְרוּאֵי refert. — Rad. קָרָא.

קְרִיאָה f. *proclamatio*, *præconium* Jon. 3, 2. — Rad. קָרָא.

קִרְיָה f. constr. קִרְיַת; 1) *urbs*, *oppidum* Deut. 2, 36. Jes. 1, 21 etc. — 2) n. pr. oppidorum quæ sunt: a) קִרְיַת q.v. mox ad litter. *e*; b) חֶבְרוֹן et cum art. הַחֶבְרוֹן i. q. *Hebron* in montanis Judæ Gen. 23, 2. Neh. 11, 25; c) בַּעַל־ i. q. frequentiùs dicitur יְעָרִים־ (q. v. mox ad litter. *e*.) et בַּעֲלָה n. 2. litter. *a* (q. v. pag. 403); d) חֲצוֹת־ in Moabitide Num. 22, 39; e) יְעָרִים־ et חֲיָעָרִים־, vel contractiùs עָרִים־ Esr. 2, 25, adeòque קִרְיַת Jos. 18, 28, etiam בַּעַל־ Jos. 15, 60; in confiniis tribuum Judæ et Benjamini Jos. 9, 17 etc.; f) סֵפֶר־ et סְנֵה־, in tribu Judâ, alibi דְּבִיר Jos. 15, 15 etc.; g) עָרִים־ vid. ad litter. *e*; h) קִרְיָתַיִם (*urbs gemina*) quarum una in tribu Ruben Num. 32, 37 etc.; altera in tribu Nephtali 1 Par. 6, 5, alibi קִרְיָתָן.

קִרְיוֹת n. pr. duorum oppidorum, unius in tribu Judâ Jos. 16, 25, alteriùs in Moabitide Jer. 48, 24 etc.

קִרְיָת n. pr. vid. קִרְיָה n. 2.

קָרַם; fut. יִקְרַם; ut in chald. *obduxit* Eze. 37, 6, it. intrans. *obductus est* vers. 8.

קֶרֶן f. suff. קַרְנִי; plur. קְרָנוֹת; constr. קַרְנוֹת; dual. קַרְנַיִם et קְרָנַיִם (quasi à sing. קָרָן); constr. קַרְנֵי; 1) *cornu* animalium Gen. 22, 13. Dan. 8, 5 etc. Meton. *vasculum corneum* 1 Sam. 16, 1 etc., it. *buccina cornea* Jos. 6, 5. Metaph. symbolum *roboris* et *potentiæ*, imagine ab animalibus cornutis desumptâ. *Robur* ergo atque *potentia* intelligenda sunt in formulis: *Fractum est cornu regis, populi; exaltavit, erexit Deus cornu alicujus; Altum est cornu meum;* et in pluribus aliis hisce similibus Job 16, 25: *immisi in pulverem cornu meum* i. e. caput meum in quo summum decus et summa gloria inest Ps. 18, 3: *cornu salutis meæ* i. e. instrumentum salutis. — 2) *vertex* montis Jes. 5, 1. — 3) *cornua altaris* i. e. eminentiæ

Digitized by Google

(*crénaux*) in quatuor altaris angulis, quibus victimarum sanguis aspergebatur, vel illinebatur Ex. 27, 2. Lev. 4, 7 etc. — 4) dual. קַרְנַיִם *utrumque cornu* solis i. e. radii Hab. 3, 4. — Indè verbum denom.

קָרַן *radiavit, radios sparsit, splenduit* Ex. 34, 29, 30, 35.—Hiph. part. מַקְרִין *cornua gerens* Ps. 69, 32.

קֶרֶן הַפּוּךְ n. pr. mul. Job 42, 14.

קָרַס; part. act. קֹרֵס; *curvavit se*, hinc *corruit, collapsus est*, ferè ut vicin. כָּרַע in altero membro Jes. 46, 1.

קֶרֶס m. undè pl. קְרָסִים; pr. *curvatura*, hinc *ansula, uncinus* (*agrafe*) Ex. 26, 6 etc.

קֵרֹס vid. קִיר.

קַרְסֹל m. undè dual. קַרְסֻלַּיִם; pr. diminut. à קֶרֶס (addito in fine ל q. v. pag. 294) *articulus, nodiculus*, spec. *talus* 2 Sam. 22, 37. Ps. 18, 37.

קָרַע; part. קֹרֵעַ, pass. קָרוּעַ, pl. קְרוּעִים; inf. absol. קָרֹעַ, constr. קְרוֹעַ, suff. קָרְעִי; fut. יִקְרַע; 1) *disrupit, discidit* ut vestes in luctu Gen. 37, 29 etc., cœlum Deus Jes. 63, 19 etc. Jer. 4, 30: *oculos stibio disrupit*; nimio enim stibio quasi lacerantur oculi. — 2) *avellit* Lev. 13, 56: 1 Sam. 15, 28 etc.— 3) *dissecuit* cultro Jer. 36, 23. — 4) *excidit* fenestras in muro Jer. 22, 14. — 5) verbis *proscidit, laceravit, maledixit* Ps. 45, 15. — Niph. part. נִקְרָע; fut. יִקָּרַע et וַיִּקָּרַע; *discissus est* Ex. 28, 32: 1 Reg. 13, 3 etc. — Indè

קְרָעִים pl. m. *panni laceri* 1 Reg. 11, 30, 31. Prov. 23, 21.

קָרַץ; part. act. קוֹרֵץ; fut. plur. יִקְרְצוּ; 1) ferè ut vicin. קָרַע *scidit, laceravit*, hinc *excidit, perdidit*. — 2) *compressit* spec. *labia* i. e. *momordit*, quod est hominis insidiosi Prov. 16, 30, *oculos* i. e. *nictavit* quod est irridentis et de aliorum incommodo lætantis Ps. 35, 19. Prov. 6, 13. 10, 10. — Puh. קֹרַץ seq. מִן *divulsus, avulsus est*. Job 33, 6: *è latere avulsus, digitis compressus sum* i. e. *formatus*; sumptâ metaph. à figulo, qui vasculum formaturus luti partem de massa divellit, atque digitis comprimit. — Indè

קֶרֶץ m. *excidium* Jer. 46, 20.

קַרְקַע m. *solum, fundus* vel maris Amos 9, 3, vel tabernaculi sacri et templi Num. 5, 17: 1 Reg. 6, 15 etc. — 2) n. pr. oppidi in tribu Judà Jos. 15, 3. — Etymon latet.

קַרְקֹר n. pr. oppidi Jud. 8, 10.

קֶרֶשׁ m. pl. קְרָשִׁים; *asser, tabula* Ex. 26, 15 etc. Collect. *tabulata* navis Eze. 27, 6. — Rad. קרש conf. vicin. חרש.

קֶרֶת f. (formæ כֹּסֶה à כֵּסֶה) voc. poët. *urbs* Job 29, 27. Prov. 8, 3 etc. — Rad. קָרָה.

קַרְתָּה n. pr. oppidi in tribu Zabulon Jos. 21, 34.

קַרְתָּן n. pr. oppidi in tribu Nephtali, illàs קִרְיָתַיִם Jos. 21, 32.

קְשָׂה f. undè pl. constr. קְשׂוֹת; *pateræ* (*coupes*), al. *phialæ* Ex. 25, 29. Num. 4, 7. — Rad. קשה, conf. vicin. arab. قَشَا *decorticavit*, hinc *dolavit, tornavit*.

קַשְׂוָה f. undè pl. קַשְׂוֹת id. Ex. 37, 16: 1 Par. 28, 17.

Digitized by Google

קְשִׂיטָה f. *agnus*, juxta veter. Vers., quæ forsan intellexerunt nummos agni imagine signatos; sed alii aliter. Gen. 33, 19. Jos. 24, 32. Job 42, 11. — Rad. קשׂט.

קַשְׁקֶשֶׁת f. pl. cum suff. קַשְׁקְשֹׁתֶיךָ; pl. m. קַשְׁקַשִּׁים; *squamma* Lev. 11, 9: 1 Sam. 17, 5 etc. — Rad. קשׂה q. v. in nomine קָשָׂה.

קַשׁ m. *stipula* Ex. 15, 7. Jes. 5, 24, *palea* vento dispersa Jes. 40, 24. Job 13, 25. — Rad. קָשַׁשׁ.

קִשֵּׂא m. *cucumis*; pl. קִשֵּׂאִים Num. 11, 5. — Rad. קשׂא ut vicin. קָשָׂה.

קָשַׁב *attendit, attentus fuit*; fut. יִקְשַׁב Jes. 32, 3. — Hiph. הִקְשִׁיב; part. מַקְשִׁיב, inf. הַקְשִׁיב; imp. הַקְשֵׁב; fut. יַקְשִׁיב, conv. וַיַּקְשֵׁב; addito et omisso אֹזֶן, *intendit, attentam præbuit aurem* Ps. 10, 17 etc. constr. cum אֶל, לְ, עַל, בְּ et acc. Jes. 48, 18. Neh. 9, 31. — Deriv. seq.

קַשָּׁב m. *attentus*; undè f. קַשֶּׁבֶת Neh. 1, 6, 11.

קָשֶׁב m. id. pl. f. קְשָׁבוֹת Ps. 130, 2.

קֶשֶׁב m. *attentio* Jes. 21, 7.

קָשָׁה; fut. יִקְשֶׁה, conv. וַיִּקְשׁ; 1) *durus fuit* de verbis 2 Sam. 19, 44, *gravis fuit* de irâ etc. Gen. 49, 7 etc., it. *difficilis, arduus fuit* Deut. 1, 17. 15, 18. — 2) ut vicin. arab. קَشَأَ *decorticavit*, hinc *tornavit*. — Niph. part. נִקְשֶׁה *gravatus, anxius* Jes. 8, 21. — Pih. fut. conv. וְתִקַּשׁ *et dura perpessa est* in pariendo i. e. perdifficilem experta est partum Gen. 35, 16. — Hiph. הִקְשָׁה; part. מַקְשֶׁה; infin. cum suff. הַקְשָׁתָה; fut. conv. וַיַּקְשׁ, pl. יַקְשׁוּ; 1) *induravit* Ex. 7, 3. Ps. 95, 8 etc. — 2) *grave fecit* jugum 2 Reg. 12, 4. — 3) *difficilem fecit* Ex. 13, 15: *difficile fecit ad nos dimittendos* i. e. difficilem fecit demissionem nostram, noluit nos dimittere 2 Reg. 2, 10: *difficile fecisti ad petendum* i. e. difficile quid petiisti. — Deriv. קָשִׁי, מִקְשָׁה, מַקְשֶׁה et

קָשֶׁה m. constr. קְשֵׁה, pl. קָשִׁים, constr. קָשֵׁי; f. קָשָׁה, constr. קָשַׁת, pl. קָשׁוֹת; 1) *durus* de servitute Ex. 1, 14 etc., de verbis Gen. 42, 7 etc. Job 30, 23: *durus diei* i. e. qui diem, sortem infelicem experitur. — 2) *qui frangi nequit, firmus* Cant. 8, 6, et in malam partem *obstinatus, pertinax, impudens* Ex. 32, 9. Jes. 48, 4. Ex. 2, 4. קְשֵׁה רוּחַ *animo abjectus, æger* animi 1 Sam. 1, 15. — 3) *gravis* adeòque *vehemens* 2 Sam. 2, 17. Jes. 27, 8, *potens* 2 Sam. 3, 39. — 4) *difficilis, arduus* Ex. 18, 26.

קָשַׁח ut vicin. קָשָׁה. — Hiph. הִקְשִׁיחַ; fut. יַקְשִׁיחַ; 1) *induravit* animum Jes. 63, 17. — 2) *durè tractavit* Job 39, 16.

קֹשֶׁט et קֹשֶׁט m. ut chald. קוּשְׁטָא et syr. קוּשְׁטָא *veritas* Ps. 60, 6. Prov. 22, 21. — Rad. קשׁט conf. vicin. arab. קَسَطَ *ex æquo divisit* et in 4a conjug. *æquus fuit*.

קִשִּׁי m. *durities, pertinacia* Deut. 9, 27. — Rad. קָשָׁה.

קִשְׁיוֹן n. pr. oppidi tribûs Issachar Jos. 19, 20. 21, 28, quod קֶדֶשׁ 1 Par. 6, 57.

קָשַׁר; part. act. pl. קֹשְׁרִים; pass. pl. קְשׁוּרִים, f. קְשׁוּרָה; inf. constr.

Digitized by Google

קָשַׁר; imp. cum suff. קְשָׁרֵם; fut. יִקְשֹׁר; 1) *ligavit*, seq. acc. et עַל *alligavit* Gen. 38, 28. Prov. 3, 3 etc. seq. acc. et בְּ Jos. 2, 18 etc. Metaph. Gen. 44, 30. Prov. 2, 15. — 2) *colligavit se* spec. cum aliis ad conspirandum, hinc *conspiravit, conjuravit*, seq. עַל *contra* aliquem, 1 Sam 22, 8 etc.—3) *constrictus, constricto et compacto corpore* i. e. *robustus fuit* Gen. 30, 42. — Niph. נִקְשַׁר; fut. יִקָּשֵׁר; 1) *alligatus est* metaph. 1 Sam. 18, 1.— 2) *colligatus, compactus* ideòque *absolutus fuit* murus Neh. 3, 38.

Pih. fut. יִקַּשֵּׁר; 1) *colligavit* Job 38, 31. —2) *alligavit sibi, accinxit* Jes. 49, 18. — Puh. part. fem. pl. מְקֻשָּׁרוֹת; *constricto, compacto corpore* i. e. *robustæ* Gen. 30, 41. — Hithp. הִתְקַשֵּׁר; fut. יִתְקַשֵּׁר; *conspiravit, conjuravit* 2 Reg. 9, 14 etc. — Deriv. seq.

קֶשֶׁר m. suff. קִשְׁרוֹ; *conjuratio* 2 Reg. 11, 14. Jes. 8, 12 etc.

קְשָׁרִים pl. m. *cingula, fasciæ* malierum Jes. 30, 20.

קָשַׁשׁ undè imp. Kal et Hithpoh. pl. הִתְקוֹשְׁשׁוּ וְקוֹשׁוּ Soph. 2, 1, al. *scrutamini et excutite vos;* al. *convenite et congregamini.* Satis arridet Maureri sententia, qui, quùm nec *congregandi* notionem admitti posse, nec *colligendi* vim sensum idoneum fundere sentiat, verba התקוششו et קושו non refert ad קָשַׁשׁ sed ad קוּשׁ (effert enim קוּשׁוּ pro קוֹשׁוּ) *dorso incurvum, incurvatum esse*, collat. arab. קאש (pro קוש), vertitque: *incurvate vos, incurvate* (pr. *incurvatos exhibete vos, estote incurvati*) i. e. frangite spiritus, animos demittite (coll. שָׁחַח), affligite vos conversi ad *pœnitentiam!* Verùm nulla videtur ratio sufficiens Massor. lectionis mutandæ; possit esse Dag. euph. in שׁ, vel verbum קָשַׁשׁ eodem significatu gaudere atque cognat. קוּשׁ.

Poh. קִשֵּׁשׁ; part. מְקַשֵּׁשׁ, f. מְקַשֶּׁשֶׁת; pr. forsan denom. à קַשׁ undè pr. *stipulam, paleam collegit, conquisivit* Ex. 5, 7, 12, hinc aliud ut ligna Num. 15, 32. — Hithpoh. vid. in Kal.

שְׂלָו, in pausâ שְׂלָו (in Keri שְׂלָיו) m. pl. שְׂלָוִים (à sing. שְׂלָוָה); *coturnix*, sed ubiquè collect. *coturnices* Ex. 16, 2. Num. 11, 32 etc. — *Rad.* שלה quam conferunt cum *arab* שלו, שמן *pinguis fuit*, undè שַׁלְוַי et שמאני *coturnix*. Reapsè ad hunc pinguedinis sensum alluditur Ps. 78, 31.

שִׂלְיוֹ vid. שְׂלָו.

שַׂלְמָה f. constr. שַׂלְמַת; pl. שִׂלְמוֹת; 1) ut שִׂמְלָה *vestis* Ex. 22, 8 etc. — 2) n. pr. viror. Ruth 4, 20 etc. — Rad. שלם ut שָׂמַל q. v.

שַׂלְמוֹן n. pr. viri Ruth 4, 21.

שַׂלְמַי n. pr. viri Neh. 7, 48 pro qui שַׂלְמַי Esr. 2, 46.

שְׂמֹאל, שְׂמָאוֹל m. suff. שְׂמֹאלוֹ; 1) *latus sinistrum* Gen. 13, 9 etc. יַד־שְׂמֹאל *manus lateris sinistri*, ma-

Digitized by Google

nus sinistra Jud. 3, 21. Eze. 39, 3, et itâ omisso יָד Gen. 48, 14. Cant. 2, 6. 8, 3.— 2) *septentrio, plaga borealis* Gen. 14, 15. Job 23, 9.—Indè verbum

Hiph. הִשְׂמִאיל, הִשְׂמֵאיל et הִשְׂמִיל; part. pl. מַשְׂמִאֵלִים; inf. הַשְׂמִיל; fut. יַשְׂמִאיל; *ad sinistrum latus deflexit* Gen. 13, 9. Jes. 30, 21. — 2) *sinistrâ* (pro dextrâ) *manu usus est* 1 Par. 12, 2.

שְׂמָאלִי et שְׂמָלִי m. f. שְׂמָאלִית; *qui, quæ est ad latus sinistrum, sinister, sinistra* 1 Reg. 7, 21 etc.

שָׂמַח et שָׂמֵחַ; infinit. constr. שְׂמֹחַ; imp. שְׂמַח; fut. יִשְׂמַח; *lætatus est* Jes. 65, 13 etc. constr. cum בְּ, לְ, עַל, et מִן Prov. 5, 18 ubi tamen plures cod. habent בְּ. Rebus inanim. tribuitur Jes. 14, 8. Prov. 13, 9. שָׂמַח בַּיהוָה *lætatus est in Jehová* i. e. de tutelâ ejus Ps. 9, 3 etc. שָׂמַח לִפְנֵי יְהוָה *lætatus est coram Jehová* de eo dicitur qui sacras epu- in atrio tabernaculi sancti instituebat Lev. 23, 40 etc. — Pih. שִׂמֵּחַ; paart. מְשַׂמֵּחַ; inf. שַׂמֵּחַ; imp. id. et שַׂמַּח; fut. יְשַׂמַּח; *lætitiâ affecit, lætitiam attulit* Deut. 24, 5 etc.; seq. לְ, עַל, מִן *de* aliquâ re Ps. 30, 2 etc. — Hiph. הִשְׂמִיחַ, id. Ps. 89, 43. — Deriv. seq.

שָׂמֵחַ m. pl. שְׂמֵחִים; constr. שְׂמֵחֵי et שִׂמְחֵי; f. שְׂמֵחָה; *lætans, lætus, a* Deut. 16, 15. Ps. 35, 26 etc.

שִׂמְחָה f. constr. שִׂמְחַת; pl. שִׂמְחוֹת; 1) *lætitia* 1 Reg. 1, 40 etc. — 2) *objectum lætitiæ* Ps. 43, 4, hinc — 3) *voluptas, oblectamentum* Prov. 21, 17. Neh. 8, 12 etc.

שְׂמִיכָה f. *stragula* Jud. 4, 18. — Rad. שׂמך ut vicin. סָמַךְ.

שָׂמַל ut vicin. arab. سمل *cinxit, circumdedit.* — Hiph. הִשְׂמִיל vid. in הִשְׂמֵאיל sub שְׂמֹאל. — Indè

שִׂמְלָה f. constr. שִׂמְלַת; pl. שִׂמְלוֹת; *vestis* virorum mulierumque imprimis exterior et ampla Gen. 9, 23. Jes. 3, 6 etc.

שַׂמְלָח n. pr. viri Gen. 36, 36 etc.

שִׂמְלִי vid. שְׂמָאלִי.

שְׂמָמִית vel שַׂמָּמִית f. *lacertæ venenatæ* species Prov. 30, 28. LXX καλαβώτης, Vulgat. *stellio* et itâ Bochart. — Rad. שׂמם in arab. *veneno infecit.*

שֹׂנֵא part. act. שׂוֹנֵא, pass. pl. constr. שְׂנֵאֵי 2 Sam. 5, 8 in Keri, sed Chethib habet שְׂנֵאוֹ; inf. absol. שָׂנוֹא, constr. שְׂנֹא et שִׂנְאַת; fut. יִשְׂנָא; *odit, odio habuit* seq. acc. et לְ Deut. 4, 42. Ps. 5, 6 etc.—Part. שׂוֹנֵא *osor, inimicus* Deut. 7, 10 etc.; fem. pl. שְׂנֵאוֹת *inimicæ* Eze. 16, 27. — Niph. fut. יִשָּׂנֵא *odio erit* Prov. 14, 17. — Pih. part. מְשַׂנֵּא *osor, inimicus* undè cum suff. sine Dag. מְשַׂנְאִי plur. constr. מְשַׂנְאֵי, suff. מְשַׂנְאַי Ps. 18, 41 etc. — Deriv. seq.

שִׂנְאָה f. constr. שִׂנְאַת; suff. in pausâ שִׂנְאָתֶךָ et cum superfluo שִׂנְאָתֶיךָ; pr. inf. *odisse, odium* Deut. 1, 27. Eze. 35, 11 etc.

שָׂנִיא undè f. שָׂנִיאָה *exosa* Deut. 21, 15.

שְׂנִיר n. pr. quo Amoræi montem

Digitized by Google

Hermonem vocarunt Deut. 3, 9. Eze. 27, 5; sed angustiori sensu pars Hermonis Cant. 4, 8: 1 Par. 5, 23.

שָׂעִיר et שָׂעָר m. 1) *pilosus, hirsutus* Gen. 27, 11, 23.—2) *hircus* Lev. 4, 24, pleniùs שְׂעִיר עִזִּים *pilosus caprarum* Gen. 37, 31.— 3) pl. שְׂעִירִים *dæmones sylvestres*, ità dicti vel quia sub *hirci* formâ colebantur, vel quia in sylvis et desertis tales apparebant Jes. 13, 21. 34, 14. — 4) pl.* *pluviæ tenues ut capilli* (à שֵׂעָר), vulgò *imbres*, sed invito contextu Deut. 32, 2.* — Fem. שְׂעִירָה vide mox infrà. — Rad. שָׂעַר.

שֵׂעִיר n. pr. 1) viri Gen. 36, 20. —2) regionis montanæ Idumæorum Gen. 14, 6 etc. — 3) montis in tribu Judâ Jos. 15, 10.

שְׂעִירָה f. constr. שְׂעִירַת; 1) pr. *hirsuta*, hinc *capra* Lev. 4, 23. 5, 6. — 2) n. pr. loci in tribu Ephraïm Jud. 3, 26. — Rad. שָׂעַר.

שְׂעָפִים pl. m. ferè ut סְעָפִים q. v. *cogitationes* Job 4, 13. 20, 2. —Rad. שׂעף ut vicin. סָעַף q. v.

שָׂעַר ut vicin. סָעַר, שָׁעַר; 1) *horruit*, gr. φρίσσω, hinc *terrore, commotione correptus est* Jer. 2, 12. Eze. 27, 35, seq. עַל causæ 32, 10.— 2) forsan denom. à שָׂעִיר, *coluit* pr. *hirsuta numina* Deut. 32, 17. — 3) *exagitavit, turbine disjecit* Ps. 58, 10. — Niph. f. נִשְׂעָרָה impers. *tempestas sævit, procellosum fuit* Ps. 50, 3. — Pih. *turbine abripuit* Job 27, 21. — Hithp. fut. יִשְׁתָּעֵר (pro יִתְשַׂעֵר) *procellæ instar irruit* Dan. 11, 40. — Deriv, שְׂעִיר et seq.

שַׂעַר m. 1) *horror* Eze. 27, 35. Job 18, 20. — 2) ut vicin. סַעַר *procella* Jes. 28, 2. Aliud vid. *in seq.*

שֵׂעָר m. constr. שַׂעַר, *sed Jes.* 7, 20 שֵׂעָר; suff. שְׂעָרוֹ; *pilus* sed collect. *pili* Lev. 13, 3 etc.

שְׂעָרָה f. ut vicin. סְעָרָה *procella* Nah. 1, 3 etc.

שַׂעֲרָה f. constr. שַׂעֲרַת; pl. שְׂעָרוֹת, undè constr. שַׂעֲרוֹת; *pilus, capillus* Jud. 20, 16. Ps. 40, 13 etc.

שְׂעֹרָה f. pl. m. שְׂעֹרִים; *hordeum* Ex. 9, 31 etc.

שְׂעוֹרִים n. pr. viri 1 Par. 24, 8.

שָׂפָה f. constr. שְׂפַת; dual. שְׂפָתַיִם, constr. שִׂפְתֵי, suff. שִׂפְתֵיהֶם, שִׂפְתֵימוֹ; pl. constr. שִׂפְתוֹת (à שָׂפָה; 1) *labium* 1 Sam. 1, 13 etc. *Aperuit labia* i. e. loqui cœpit; sed *labia alicujus aperuit* i. e. facultatem, copiam loquendi ei suppeditavit, oppos. *labia cohibuit.* — *Homo labiorum* i. e. garrulus, loquax. — *Verba labiorum* i. e. futilia, stolida. Meton. *loquela, verba* Exe. 36, 3 etc., it. *lingua, dialectus* Gen. 11, 1. Jes. 19, 18 etc. —2) *ora, extremitas, limes, terminus* Gen. 22, 17. Jud. 7, 22 etc.—Etymon latet, conf. tamen, si placet verb. vicin. סָפָה.

שִׂפָּה pr. forsan ut vicin. סָפָה *fudit.* Hinc Pih. שִׂפָּה *effluere fecit* capillos, hinc *decalvavit* Jes. 3, 17. Conf. סַפַּחַת.

שָׂפָם m. suff. שִׂפְמוֹ; *barba* Lev. 13, 45: 2 Sam. 19, 25 etc. Vulgò *mentum*, quasi esset à שָׂפָה *labium*; sed rectiùs forsan dimanat à rad. שׂפם ut cognat. seq. *texit*, scil. mentum barba.

שָׂפַן ut vicin. סָפַן, צָפַן *texit, ab-*

Digitized by Google

scondit; part. pass. pl. constr. שְׂפֻנֵי *absconditi* thesauri.

שָׁפַק; fut יִשְׁפֹּק; ut vicin. סָפַק 1) *percussit*, et spec. *complosit* manus Job 27, 23 juxta plures cod., it. *castigavit.* —2) *redundavit, abundavit* 1 Reg. 20, 10. — Hiph. fut. יַשְׁפִּיקוּ *percutiunt*, *pangunt fœdera* Jes. 2, 6. — Indè

שֶׁפֶק m. *plaga, castigatio* Job. 36, 18.

שַׂק m. שַׂקִּי pl. שַׂקִּים; 1) *cilicium, pannus crassus è filis cilicinis contextus* Jes. 34, 24. — 2) *saccus* Gen. 42, 25 etc. — 3) *vestis* lugentium Gen. 37, 34 etc., prophetarum Jes. 20, 2. Conf. Matth. 3, 4.—Etymon ignoratur.

שָׁקַד undè Niph. נִשְׁקַד *ligatum, compactum fuit* jugum (conf. עָקַד) Thren. 1, 14. Plures cod. habent נִשְׁקַד *vigilavit*, quod exprimunt LXX, Vulgat. et Syr., sed invito contextu.

שָׁקַר ut vicin. chald. סְקַר *intuitus est, aspexit;* hinc. — Pih. part. pl. f. מְשַׁקְּרוֹת עֵינַיִם *nictantes oculis* Jes. 3, 16. LXX et Vulgat. *nutibus occulorum;* aptè ad contextum ubi agitur de externis fœminarum gestibus lasciviam impudentiamque prodentibus. Alii ex aliâ signif. chald. *fucantes oculos* vertunt, sed invitâ orationis serie.

שַׂר m. pl. שָׂרִים; *dux, præfectus* quicumque, ut militum, urbis, civium adeòque, *princeps;* it. angelorum sive *archangelus*, etc. Gen. 21, 22 : 1 Reg. 22, 26. Jos. 5, 14. Dan. 12, 1 et 10, 13, ubi sensus est : *angelus persicis rebus præfectus.* — Rad. שָׁרַר.

שָׁרַג ut vicin. שָׁרַךְ, אָרַג, it. chald. et syr. סְרַג *im.lexit, implicuit.* - Puh. שֻׁרַג *implicatus*, *implexus fuit* Job 40, 17. — Hithp. fut. pl. יִשְׁתָּרְגוּ (pro יִתְשָׁרְגוּ) *implicant se* Thren. 1, 14.— Indè שְׂרִיגִים.

שָׁרַד 1) forsan ut in arab. *consuit, contexuit.* — 2) ut in syr. *fugit, effugit* Jos. 10, 20.— Deriv. שָׂרִיד et seq.

שָׁרָד m. *textura*, undè בִּגְדֵי שָׁרָד *vestes textæ* i. e. ut chald. סָרְדִין *aulæa* scil. tabernaculi sacri Ex. 31, 10 etc. LXX *vestes ministerii*, quasi legissent בִּגְדֵי שָׁרֵת; quæ tamen dicuntur בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ et ab illis disertè distinguuntur.

שָׂרֵד m. Jes. 44, 13. Vulgat. *runcina*, al. *rubrica*, *filum mensorium*, *amussis*, al. *stylus* (collat. arab. שִׁרָאד *subula*), quod præfero.

שָׁרָה 1) vicin. arab. שَأَرَ pro شَرَى, *seruit*, *ordinavit*, undè juxta quosd. שׂוֹרָה q. v. — 2) *præfectus, dux, princeps fuit.* — 3) *contendit, certavit* seq. אֵת, עִם pers. *cum aliquo* Gen. 32, 29. Hos. 12, 4. Conf. vicin. שׂוּר, שָׂרַר. — Indè מְשָׂרָה.

שָׂרָה f. masculini שַׂר), cum י parag. שָׂרָתִי; 1) *mulier princeps, nobilis* Jud. 5, 29 etc. Plur. שָׂרוֹת *primariæ* i. e. spec. uxores regum ab uxoribus secundi ordinis distinctæ 1 Reg. 11, 3. Metaph. Thren. 1, 1.—2) n. pr. mul. Gen. 17, 15 etc.

שְׂרוּג n. pr. viri Gen. 11, 20.

שְׂרוֹךְ m. *corrigia* calcei Jes. 5, 27. Proverbial. de re vili Gen. 14, 25. — Rad. שׂרך.

שְׂרוּקִים pl. m. *palmites vitis nobilioris* (vid. שֹׂרֵק) Jes. 16, 8.

שָׂרַח n. pr. viri Gen. 46, 17 etc.

שָׂרַט *incidit, incisuras fecit* in corpore Lev. 21, 5. — Niph. נִשְׂרַט *laceratus est* Zach. 12, 3. — Deriv. seq.

Digitized by Google

שֶׂרֶט m. et שָׂרֶטֶת f. *incisura* Lev. 19, 28. 21, 5.

שָׂרִי n. pr. mul. Gen. 11, 29 etc.

שָׂרִיגִים pl. m. *surculi, palmites* vitis Gen. 40, 10 etc. — Rad. שָׂרַג.

שָׂרִיד m. pl. שְׂרִידִים; *superstes, elapsus* è clade Num. 21, 36 etc. — Rad. שָׂרַד.

שְׂרִיָּה et שְׂרִיָּהוּ n. pr. viror. 2 Sam. 8, 17. Jer. 36, 26 etc.

שְׂרִיקוֹת vid. ad rad. שָׂרַק.

שָׂרַךְ ut vicin. שָׂרַג — Pih. part. f. מְשָׂרֶכֶת *implicans* vias suas camela i. e. hùc illùc circumvagans Jes. 2, 23. — Indè שְׂרוֹךְ.

שַׂרְסְכִים n. pr. viri Jer. 39, 3.

שָׂרַע ut vicin. arab. سَرَعَ *extendit, protendit*. Part. pass. שָׂרוּעַ *protensus, prælongus* membro i. e. qui membrum habet justo longius Lev. 21, 18 etc. — Hithp. inf. הִשְׁתָּרֵעַ (pro הִתְשָׂרֵעַ) *sese extendere* Jes. 28, 20.

שַׂרְעַפִּים pl. m. ut שְׂעַפִּים, inserto ר, *cogitationes* Ps. 94, 19 etc. — Rad. שׂעף.

שָׂרַף, part. act. שָׂרֵף; pass. f. שְׂרוּפָה et שְׂרֵפָה; infin. absol. שָׂרוֹף; constr. שְׂרֹף; suff. שְׂרָפוֹ; fut. יִשְׂרֹף; *combussit, cremavit* Lev. 4, 21 etc., sæpè addito בָּאֵשׁ; hinc *urendo coxit* Gen. 11, 3. — Niph. נִשְׂרַף *combustus est* Lev. 4, 12. — Puh. שֹׂרַף id. 10, 16. — Deriv. מִשְׂרָפָה et seq.

שָׂרָף masc. 1) *serpentis venenosi* species, vulgò *prester* Num. 21, 6 etc. — 2) plur. שְׂרָפִים *Seraphim* alatorum angelorum genus, solio Dei adstantium Jes. 6, 2, 6. — 3) n. pr. viri 1 Par. 4, 22.

שְׂרֵפָה f. constr. שְׂרֵפַת; *ustio* Gen. 11, 3. *combustio, incendium* Lev. 10, 6 etc.

שָׂרַק 1) ut vicin. שָׂרַג, שָׂרַךְ *plexuit, implicuit*, undè שֹׂרֵק, שְׂרוּקִים. — 2) ut סָרַק in chald. et syr. *pectinavit, carminavit;* undè part. pass. pl. f. שְׂרִיקוֹת *pexa, carminata* lina Jes. 19, 9. — 3) ut, quidam volunt, sed incertè omninò, *rufus, fuscus fuit*, undè.

שָׂרֹק m. pl. שְׂרֻקִים *rufi fusci* equi Zach. 1, 8, collat. arab. أَشْقَر *equus fuscus*. LXX ψαροί (Gloss. ποικίλοι) i. e. *sturnini, in sturni morem varii et maculosi*.

שֹׂרֵק m. et שֹׂרֵקָה f. 1) *vitis nobilioris* species Gen. 49, 11 etc.; eadem forsan, quam vocant Arabes marrocani *serki* et Persæ *kischmisch*, cujus uvæ admodùm dulces et acinis ferè carentes; vid. Niebuhr (Descript. de l'Arabie, tom. 1, p. 207). — 2) n. pr. vallis inter Ascalon et Gaza Jud. 16, 4.

שָׂרַר; part. act. שׂרֵר; *fut.* pl. יִשְׂרוּ; ut vicin. שָׂרָה, שׂוּר, *principatum tenuit* Jes. 32, 1. Prov. 8, 16. Esth. 1, 22. — Hithp. הִשְׁתָּרֵר (pro הִתְשָׂרֵר); fut. יִשְׁתָּרֵר; *principatum sibi sumpsit*. Seq. עַל pers. *in aliquem* Num. 16, 13. — Deriv. שַׂר, שָׂרָה.

שָׂשׂוֹן m. constr. שְׂשׂוֹן; *gaudium*, et *objectum gaudii* Jes. 22, 13. Ps. 51, 10 etc. — Rad. שׂוּשׂ.

שֵׁת vid. שִׁית.

שָׂתַם ut vicin. סָתַם *obstruxit, obturavit* preces Thren. 3, 9.

שָׂתַר forsan ut vicin. arab. سَتَرَ *fidit*, undè Niph. fut. conv. וַיִּשָּׂתְרוּ

Digitized by Google

et fissi sunt, eruperunt tumoris ani 1 Sam. 5, 9; al. et *occultati sunt*, quasi à סָתַר scripto ש pro ס, sed parum aptè.

ש

ש *schîn* de cujus nomine cæterisque proprietatibus vide suprà in ש; hoc tantùm adde, quòd inter *servi-les* litteras numeretur.

.שֶׁ, rariùs .שַׁ, שָׁ et antè guttur. שָׂ Jud. 6, 17. forma brevior vocis אֲשֶׁר cujus varios induit significatus 1) *qui, quæ, quod* et plur. *qui, quæ, quæ* Eccl. 1, 11. Cant. 1, 7 etc.— 2) conj. *quòd* Eccl. 2, 13 etc., *ut* 3, 14, *eò quòd, quia* Cant. 1, 6. 6. 2, *nam* 1, 7. Cum præpos. .עַד שֶׁ *usquedùm, donec* Jud. 5, 7; .בְּשֶׁ *eò quòd* Eccl. 2, 16; .כְּשֶׁ *secundùm id quod, quemadmodùm* 5, 14. 12, 7, *cùm* 9, 12. 10, 3; בְּשַׁגַּם *quia*, juxta omnes veter. Version. Gen. 6, 3; comp. ex בְּ, .ש et גַּם pro גַּם; quibusd. est inf. verbi שָׁגַג cum suff., ità ut sensus sit: *propter peccare* i. e. *peccata eorum;* quod procul dubio orationis seriei multò minùs quadrat. בְּשֶׁל (ex בְּ, .שֶׁ, לְ) *propter*, cum suff. בְּשֶׁלִּי *propter me* Jon. 1, 12; בְּשֶׁלְּמִי *propter quem?* 1, 7. — Alia vide in שֶׁל et שִׁילֹה.

שָׁאַב; part. acc. שׁוֹאֵב, pl. שׁוֹאֲבִים, inf. constr. שְׁאֹב; imp. f. שְׁאָבִי; fut. יִשְׁאַב; *hausit* aquam, addito vel omisso מַיִם Gen. 24, 11: 1 Sam. 7, 6 etc. — Indè מַשְׁאֲבִים.

שָׁאַג; part. act. שֹׁאֵג, pl. שֹׁאֲגִים; inf. absol. שָׁאוֹג; fut. יִשְׁאַג; *rugiit* pr. de leone Jud. 14, 5, de tonitru Jer. 25, 30, de hominibus Ps. 38, 9. 74, 4. — Indè

שְׁאָגָה f. constr. שַׁאֲגַת; suff. שַׁאֲגָתוֹ; *rugitus* leonis Jes. 5, 29, *clamor* gementis Ps. 22, 2 etc.

שָׁאָה 1) *strepuit, strepitum edidit.* — 2) *cum fragore concidit* Jes. 6, 11. — Niph. נִשְׁאָה 1) *strepuit* Jes. 17, 12, 13. — 2) *vastatus est* 6, 11. — Hiph. inf. cum præf. לְהַשְׁאוֹת לְ et לְהַשּׁוֹת *ad vastandum* Jes. 37, 26: 2 Reg. 19, 25. — Hithp. ut vicin. שָׁעָה; part. מִשְׁתָּאֶה (pro מִתְשָׁאֶה) *cum stupore contemplans* seq. לְ Gen. 24, 21. — Deriv. שַׁאוָה, שָׁאוֹן, שְׁאִיָּה, שֵׁאת.

שָׁאָה vid. שׁוֹאָה.

שַׁאוָה f. *procella strepens* Prov. 1, 27 in Chethib, ubi Keri habet שוֹאָה. — Rad. שָׁאָה.

שְׁאוֹל et שְׁאֹל c. cum ה locali שְׁאֹלָה; pr. *cavitas*, hinc *infernus*, locus subterraneus, densâ caligine plenus, in quo mortuorum animæ degunt, *limbus* Patrum Gen. 37, 35. Jes. 14, 9 etc. — Rad. שָׁאַל.

שָׁאוּל n. pr. viror. Gen. 46, 10 etc. Nom. patronym. שָׁאוּלִי Num. 26, 13.

שָׁאוֹן m. constr. שְׁאוֹן; 1) *strepitus* aquarum, hominum etc. Ps. 65, 8. Jes. 5, 14 etc. Jer. 48, 45: *filii strepitûs* i. e. milites tumultuantes. — 2) *vastatio, ruina, interitus* Jes. 46, 17. Ps. 40, 3. — Rad. שָׁאָה.

שָׁאָט m. suff. שָׁאָטְךָ; *contemptus*, hinc *fastus* Eze. 25, 6, 36, 5.— Rad. שׁוּט.

Digitized by Google

שְׁאִיָּה f. *vastatio, ruina* Jes. 24, 12. — Rad. שָׁאָה.

שָׁאַל et שָׁאֵל, pl. שְׁאֵלֻתָם; part. act. שֹׁאֵל, pl. שֹׁאֲלִים, f. שֹׁאֶלֶת; pass. שָׁאוּל; inf. abs. שָׁאוֹל, constr. שְׁאֹל; imp. שְׁאַל, f. שְׁאָלִי; fut. יִשְׁאַל; 1) *postulavit, poposcit* seq. acc. rei, et מִן, מֵאֵת pers. à quâ poscitur, etiam seq. dupl. acc. *poposcit aliquem aliquid* Deut. 14, 26. Ps. 2, 8 etc. — 2) *rogavit, petiit* aliquid ab aliquo Jes. 7, 11 etc. Seq. acc. rei Jud. 5, 25, et מִן, מֵאֵת, מֵעִם pers. à quâ quid petitur; cum לְ pers. *rogavit alicui, pro aliquo* 1 Reg. 2, 22. Spec. *mutuum petiit* ab aliquo Ex 3, 22: 2 Reg. 6, 5; it. *stipem petiit, mendicavit* Prov. 20, 4. — 3) *interrogavit* Jud. 4, 20. seq. acc. pers. Gen. 24, 47 etc., sed לְ Job 8, 8; *de aliquo* vel *aliquâ re* seq. עַל Neh. 1, 2, לְ Gen. 32, 30 etc., acc. Jes. 45, 11. Hagg. 2, 11. Spec. *consuluit, oraculum captavit* sive à vero Deo, sive ab idolis seq. בְּ Jud. 1, 1. Eze. 21, 26 etc., seq. לְ *pro aliquo, in alicujus commodum* Num. 27, 21 etc.; שָׁאַל לְפ״ לְשָׁלוֹם *interrogavit aliquem de valetudine* salutando eum, hinc *salutavit* Gen. 43, 27. — 4) *cavus fuit* undè שְׁאוֹל; conf. Deriv. ex vicin. שעל.

Niph. נִשְׁאַל; inf. abs. נִשְׁאוֹל; forsan *sibi petiit* (ut gr. αἰτοῦμαι peto mihi) 1 Sam. 20, 6, 28. Neh. 13, 6. — Pih. שִׁאֵל 1) *mendicavit* Ps. 109, 10. — 2) *interrogavit* 2 Sam. 20, 18. — Hiph. הִשְׁאִיל *postulatum quid concessit, dedit* Ex. 12, 36: 1 Sam. 1, 28. — Deriv. מִשְׁאָלָה et seq.

שְׁאָל n. pr. viri Esr. 10, 29.

שְׁאֵלָה f. suff. שְׁאֵלָתִי et שְׁאֲלָתִי, contract. שְׁלָתֵךְ; *petitio, rogatio, preces* Esth. 5, 7. *Petiit petitionem i. e. petiit aliquid* ab aliquo, et *preces fudit* Jud. 8, 24 etc. Metonym. *petitum, postulatum*, hinc. נָתַן שְׁאֵלָה *postulatum concessit, petenti satisfecit* Esth. 5, 6, 8. Ps. 106, 15 etc. בָּאָה שְׁאֵלָה *venit petitum, concessum est* Job 6, 8.

שְׁאַלְתִּיאֵל n. pr. viri Esr, 3, 2 etc.

שָׁאַן ut vicin. שָׁעַן. — Pihl. שַׁאֲנַן *tranquillus fuit, tranquillè vixit* Jer. 30, 10. Job 3, 18. — Indè

שַׁאֲנָן m. pl. שַׁאֲנָנִים, f. שַׁאֲנָנוֹת; 1) *tranquillus, securus* Jes. 33, 20. Job 12, 5. — 2) *socors, fastuosus, insolens* Jes. 32, 9. Ps. 123, 4 etc., et subst. *fastus, insolentia* 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29.

שׁאס vid. שָׁסַס.

שָׁאַף; part. act. שׁוֹאֵף, pl. שׁוֹאֲפִים; inf. absol. שָׁאוֹף; fut. יִשְׁאַף; *ut vicin.* שׁוּף, נָשַׁב, נָשַׁף; 1) *anhelavit* iracundus Jes. 42, 14, festinans, hinc *festinavit* Eccl. 1, 5. — 2) *inhiavit, hiante ore captavit* aërem, umbram etc. Jer. 2, 24 etc. De loco Job 5, 5, vid. צַמִּים. Amos 2, 7: *Qui inhiant super* (עַל) *pulverem terræ in capite tenuium* i. e. qui nihil avidiùs cupiunt, quàm ut sit pulvis in capite pauperum, i. e. quàm ut eos in luctum detrudant, seu eos opprimant. Passim *inhiare alicui* est *sanguinem ejus sitire, acriter eum persequi, vexare.*

שָׁאַר *reliquus fuit, superfuit* 1

Digitized by Google

Sam. 16, 11. — Niph. נִשְׁאַר; part. נִשְׁאָר, f. נִשְׁאֶרֶת et נִשְׁאֶרֶת; fut. יִשָּׁאֵר; 1) *reliquus factus est, superfuit* Gen. 7, 23 etc. Part. *superstes* Eze. 6, 12. — 2) *remansit* alicubi Ex. 8, 5 etc., it. *mansit* Job 21, 34. — Not. וְנִאשְׁאַר Eze. 9, 8, ex duabus lectionibus נִשְׁאַר et אֶשְׁאַר conjunctis ortum nonnulli putant. Cùm verò plures cod. ואשאר sine נ habeant, ità forsan vocalibus instruendum est וְאֶשְׁאַר et *superstes fui, remansi*; quod non improbabile facit proximè sequens וְאֶזְעַק, וְאֶפְלֶה etc. — Hiph. הִשְׁאִיר 1) *reliquum fecit* Ex. 10, 12, *reliquit* Deut. 28, 51 etc. — 2) *reliquum habuit, retinuit* Num. 21, 35 etc. — Deriv. מִשְׁאֶרֶת et seq.

שְׁאָר m. *reliquum, residuum, reliquæ* Jes. 10, 20. Soph. 1, 4 etc.

שְׁאָר יָשׁוּב n. pr. viri Jes. 7, 3.

שְׁאֵר m. suff. שְׁאֵרִי; 1) *caro* (oppos. ossibus, non animo) Jer. 51, 35 etc., et *cibus quivis, alimentum* Ex. 21, 10. — 2) *consanguineus* et collect. *consanguinei* Lev. 18, 6 etc., plenè שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ 25, 49.

שַׁאֲרָה f. *consanguinitas* Lev. 18, 17.

שַׁאֲרָה n. pr. mul. 1 Par. 7, 24.

שְׁאֵרִית f. sed 1 Par. 12, 38 contr. שְׂרִית; *pars residua, superstites* Jer. 11, 23 etc.

שֵׁאת f. (pro שְׁאֵתָ) *vastatio, ruina* Thren. 3, 47. — Rad. שָׁאָה.

שְׁבָא n. pr. 1) viror. Gen. 10, 7. 25, 3 etc. — 2) gentis et regionis in Arabiâ felici, thure, aromatibus, auro gemmisque ditissimæ 1 Reg. 10, 1 etc.

שְׁבָבִים pl. m. *fragmenta* Hos. 8, 6. — Rad. שבב ut in chald. *fregit*.

שָׁבָה; part. act. pl. שָׁבִים; pass. pl. שְׁבוּיִם; f. שְׁבִיוֹת; infin. constr. שְׁבוֹת; imp. שַׁבֵּה (pro שְׁבֵה); fut. יִשְׁבֶּה; conv. וַיִּשְׁבְּ; cum suff. et נ epenth. יִשְׁבֶּךָ; *captivum egit, abduxit* Gen. 34, 29 etc. 31, 26: *captivæ gladii* i. e. in bello captæ. — Niph. נִשְׁבָּה *captivus abductus est* Gen. 14, 14 etc. — Deriv. שְׁבוּת, שְׁבִי, שְׁבִיָּה, שְׁבִית et, saltem quoad formam,

שְׁבוֹ m. lapis quidam pretiosus, LXX et Vulgat. *achates* Ex. 28, 19. 39, 10.

שְׁבוּאֵל n. pr. viror. 1 Par. 23, 16 etc.

שְׁבוּל vid. שְׁבִיל.

שָׁבוּעַ m. constr. שְׁבוּעַ et שְׁבָעַ; dual. שְׁבוּעַיִם; pl. שָׁבוּעִים, et f. שָׁבוּעוֹת; constr. שְׁבֻעוֹת; suff. שָׁבֻעֹתֵיכֶם; (denom. à שֶׁבַע *septem*) *septimana* a) dierum Gen. 29, 27. Dan. 9, 10 etc. *Festum septimanarum* i. e. *pentecoste* Deut. 16, 9, conf. Tob. 2, 1; sed Eze. 45, 21: *festum septimanarum dierum* i. e. pascha per septem integros dies celebratum. — b) annorum Dan. 9, 24, 26.

שְׁבוּעָה et שְׁבֻעָה; f. pl. שְׁבֻעוֹת; *jusjurandum* Gen. 26, 3 etc. *Jusjurandum Jehovæ* i. e. per Jehovam Ex. 22, 10 etc. *Jusjurandum meum* i. e. mihi præstitum Gen. 24, 8, sed Ps. 105, 9: *jusjurandum ejus* i. e. quod ipse præstitit.

שְׁבוּת et שְׁבִית f. *captivitas* Num. 21, 29, metonym. *captivi* in formulâ שוּב שְׁבוּת *reducere captivos* Deut. 30, 3 etc.; quæ formula passim trop. usurpata, signat pristinæ *integrita-*

Digitized by Google

ti, felicitati aliquem *restituere.*

שָׁבַח undè Pih. שִׁבֵּחַ; fut. יְשַׁבֵּחַ; 1) *laudavit*, maximè Deum Ps. 63, 4 etc., it. *felicem prædicavit* Eccl. 4, 2. —2) *repressit, compescuit* Ps. 89, 10. Prov. 21, 11. — Hiph. part. מַשְׁבִּיחַ *compescens* Ps. 65, 8. — Hithp. inf. חִשְׁתַּבַּח (pro הִתְשַׁבַּח) *gloriari* seq. בְּ aliquâ re Ps. 106, 47 : 1 Par. 16, 35.

שֵׁבֶט et שֶׁבֶט c. suff. שִׁבְטְךָ; pl. שְׁבָטִים; constr. שִׁבְטֵי; *baculus, scipio*, spec. 1) *virga* quâ verberatur et castigatur Jes. 10, 15. Prov. 10, 15. Prov. 10, 13. *Virga Dei* i. e. calamitas divinitùs immissa Job 9, 34 etc. — 2) *pedum* pastorale Lev. 27, 32 etc. — 3) *sceptrum* regis, ducis Gen. 49, 10. Jud. 5, 14. — 4) *tribus* Israëlitarum Ex. 28, 21, it. *familia* alicujus tribûs Num. 4, 18 etc. — 5) *virga, pertica mensoria* et metonym. *portio demensa* Jer. 10, 16 etc. — 6) *spiculum* vel *hastile* 2 Sam. 18, 14. — Rad. שבט.

שְׁבָט m. mensis anni Hebr. undecimus majori ex parte in Februarium incidens Zach. 1, 7.

שְׁבִי m. in pausâ שָׁבִי; suff. שִׁבְיוֹ, שִׁבְיֵךְ, שִׁבְיֵכֶם; *captivitas* Deut. 21, 13 etc., it. *captivi* Num. 21, 1. Ps. 68, 19, et sing. *captivus* Ex. 12, 29. Fem. שִׁבְיָה *captiva* Jes. 52, 2. — Rad. שָׁבָה.

שִׁבַי n. pr. viri Esr. 2, 42 etc.

שִׁבִּי n. pr viri 1 Sam. 17, 27.

שָׁבִיב m. *flamma;* constr. שְׁבִיב Job 18, 5. — Rad. שבב in arab. *accendit*, it. *exarsit ignis;* al. conferunt vicin. hebr. נָשַׁב, נָשַׁף, שָׁאַף.

שִׁבְיָה f. *captivitas* Neh. 3, 36, *captivi* Deut. 21, 11 etc. — Rad. שָׁבָה.

שְׁבִיל sed in Chethib שְׁבוּל m. poët. *semita, via* Jer. 18, 15. *Ps.* 77, 20. — Rad. שבל.

שְׁבִיסִים pl. m. forsan *reticula*, ornamenta muliebria capitis Jes. 3, 18. — Rad. שבט forsan nt vicin. שָׁבַץ et chald. שְׁבַשׁ *perplexus fuit.*

שְׁבִיעִי m. f. שְׁבִיעִית; (denom. à שֶׁבַע); *septimus, a, um* Gen. 2, 2 etc.

שְׁבִית ut שְׁבוּת q. v.

שֹׁבֶל m. *coma, cæsaries* Jes. 47, 2; ità post LXX, Syr. et Arab. *permulti*, sed al. *syrma* vestis, collat. arab. سَبَلَة (sabalaht); quod magis arridet. — Rad. שבל.

שַׁבְּלוּל m. *limax* Ps. 58, 9.

שִׁבֹּל m. *termes;* pl. constr. שִׁבְלֵי Zach. 4, 12. — Rad. שבל.

שִׁבֹּלֶת f. pl. שִׁבֹּלִים; 1) *spica* Gen. 41, 5 etc. — 2) *fluxus aquæ, flumen* Jes. 27, 12 etc. — Rad. שבל.

שֶׁבְנָא et שֶׁבְנָה n. pr. viror. 2 Reg. 18, 18 etc.

שְׁבַנְיָה n. pr. viror. *Neh.* 9, 4 etc.

שָׁבַע (denom. à שֶׁבַע) *juravit;* part. pass. constr. שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת *iurantes juramenta* Eze. 21, 28. — Niph. נִשְׁבַּע; part. נִשְׁבָּע; pl. נִשְׁבָּעִים; inf. הִשָּׁבַע; constr. הִשָּׁבַע; fut. יִשָּׁבַע; constr. יִשָּׁבַע; *juravit* Gen. 21, 24 etc., seq. בְּ personæ *per* quam juratur Gen. 21, 23 etc., seq. לְ *juravit alicui* 24, 7. 21, 23, et addito acc. rei *jurando promisit aliquid alicui* Ex. 13, 5 etc. — Hiph. הִשְׁבִּיעַ; inf. absol. הַשְׁבֵּעַ; constr. הַשְׁבִּיעַ; fut. יַשְׁבִּיעַ; conv. וַיַּשְׁבַּע; 1) *jurare fecit, ad jusjurandum adegit* Gen. 50, 5

Digitized by Google

etc. — 2) *obtestatus est, obsecravit* 1 Reg. 22, 16. Cant. 2, 7 etc.

שֶׁבַע f. et שְׁבֻעָה m. constr. שֶׁבַע et שִׁבְעַת; 1) *septem* Gen. 5, 7 etc. Passim usurpatur pro numero indefinito Gen. 29, 18 etc., it. pro numero sacro ut apud Ægyptios, Arabes, Persas Ex. 37, 23 etc. — 2) *septimus* Gen. 7, 11 : 2 Reg. 25, 8. — 3) *septies* Lev. 26, 18. Ps. 119, 164. — 4) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. 19, 2, it. n. pr. virorum 1 Sam. 20, 1 etc. Fem. שְׁבָעָה n. pr. putei Gen. 26, 33.

Dual. שִׁבְעָתַיִם *septuplum* Gen. 50, 3 etc.

Plur. שִׁבְעִים *septuaginta*, sed plerumque ponitur pro numero indefinito Gen. 50, 3. Jes. 23, 15 etc. שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septiès et septuagésiès* Gen. 4, 24. — Deriv. שָׁבַע, שָׁבוּעַ, שְׁבוּעָה, שְׁבִיעִי.

שְׁבָעָה vid. שְׁבוּעָה.

שִׁבְעָנָה m. *septem* Job 42, 13.

שָׁבַץ ut in syr. *miscuit, plexit* et arab. in 5ª conjug. *perplexus fuit*. — Pih. שִׁבֵּץ *tessellatum, reticulum opus fecit* Ex. 28, 39. — Puh. part. pl. מְשֻׁבָּצִים *intexti, interserti* Ex. 28, 20. — Deriv. מִשְׁבְּצוֹת, תְּשִׁבֵּץ et

שֶׁבֶץ m. *perturbatio, confusio animi* 2 Sam. 1, 9. Vulgat. *angustiæ*, al. *vertigo* quod non dsiplicet.

שָׁבַר; part. act. שׁבֵר; pass. שָׁבוּר; inf. constr. שְׁבֹר; suff. שָׁבְרִי; imp. cum suff. שָׁבְרֵם; fut. יִשְׁבֹּר; 1) *fregit, confregit, diffregit* Gen. 19, 9. Jer. 2, 20 etc. Metaph. *fregit* i. e. *sedavit* Ps. 104, 11; * et ità Jes. 45; 1: *ite, frangite sitim vino et lacte;* it. *famem frumento*, hinc *frumentum* vel *emit* Gen. 42, 5, addito שֶׁבֶר, בָּר 42, 3. 47, 14, vel *vendidit* 41, 56. Sed vulgò hunc significatum repetunt à שֶׁבֶר *fractio* q. v.* — *Fregit animum* alicujus i. e. dolore affecit Ps. 69, 21 etc. — 2) *dilaceravit* fera 1 Reg. 13, 26. — 3) *destruxit, perdidit* Eze. 30, 21. Dan. 11, 26. — 4) *præfregit* terminum, *dimensus est, definivit* Job 38, 10. — Niph. נִשְׁבַּר; part. נִשְׁבָּר; f. נִשְׁבֶּרֶת et נִשְׁבֶּרֶת; inf. הִשָּׁבֵר; fut. הִשָּׁבֵר et יִשָּׁבֵר; 1) *fractus est* Jes. 14, 29 etc., it. *fregit sibi* membra 8, 15 etc. Metaph. de animo tristi et pœnitentiâ contrito Jes. 61. 1. Ps. 51, 19. Sed Eze. 6, 9 נִשְׁבַּרְתִּי al. *animo fractus sum*, al. cum Chald. interpr. transit. *confregi* (cor eorun) quasi legend. in Hiph. הִשְׁבַּרְתִּי; quod præfero. — 2) *dilaceratus, læsus, vulneratus est* Ex. 22, 9 etc. — 3) *destructus, perditus est* Jes. 8, 15. Dan. 11, 22 etc. — Pih. שִׁבֵּר et שִׁבַּר; fut. יְשַׁבֵּר; *penitùs fregit, perfregit, confregit* 2 Reg. 18, 4, Ps. 3, 8 etc. — Hiph. הִשְׁבִּיר; fut. יַשְׁבִּיר; *frangere, rumpere fecit* uterum puer nascens Jes. 66, 9. Metaph. * *frangere fecit* famem frumento, hinc *frumentum vendidit* Gen. 42, 6. Amos 8, 5; vid. Kal. — Hoph. הָשְׁבַּר *fractus est* animus Jes. 8, 21. — Deriv. מִשְׁבָּר, מַשְׁבֵּר et seq.

שֶׁבֶר sæpiùs שֵׁבֶר m. suff. שִׁבְרוֹ; pl. שְׁבָרִים; 1) *fractio, fractura* Lev. 21, 19 etc., et metaph. * *fractio* i. e. *sedatio famis* (*brise-faim*), hinc *frumentum, annona* Gen. 42, 1 etc., plenè שֶׁבֶר רָעָבוֹן vers. 19. Vulgò etymon

Digitized by Google

repetunt à *fragendo in molâ;* sed illud præfero; conf. verbum שָׁבַר*. It. *afflictio, calamitas* Jes. 65, 14. Ps. 60, 4, et *terror* Job 41, 17. — 2) *destructio, interitus* Jos. 7, 5. Thren. 2, 11 etc. — 3) *solutio, emucleatio* somnii Jud. 7, 15.

שִׁבָּרוֹן m. constr. שִׁבְרוֹן; 1) *fractio, contritio* Eze. 21, 11. — 2) *excidium* Jes. 17, 18.

שָׁבַת; fut. יִשְׁבֹּת et יִשְׁבַּת; 1) *cessavit, desiit* seq. מִן *destitit ab* aliquâ re Jer. 31, 36 etc., seq. לְ Gen. 2, 3 ubi לַעֲשׂוֹת ad שָׁבַת præcedens referendum. Conf. quæ adnotavi in *Le Pentat. avec une trad. franç. etc.*, Genese, pag. 12 et 322 *Notes suppl.* Abs. positum *esse desiit, finem habuit* Jes. 24, 8 etc. — 2) *feriatus est, non laboravit* Ex. 23, 12 etc. Metaph. de rebus inanim. Lev. 26, 34 etc. 3) addito שַׁבָּת *sabbatum celebravit* Lev. 23, 32. — Niph. נִשְׁבַּת *esse desiit* Jes. 17, 3 etc. — Hiph. הִשְׁבִּית; 1 p. הִשְׁבַּתִּי (pro הִשְׁבַּתְּתִּי); inf. cum לְ, לְהַשְׁבִּית et לַשְׁבִּית; fut. יַשְׁבִּית; conv. וַיַּשְׁבֵּת; 1) *cessare fecit* seq. מִן *ab* opere Ex. 5, 5, vel *intermisit* opus 2 Par. 16, 5, hinc *compescuit, pacavit* hostem Ps. 8, 3. — 2) *fecit cessare, desinere* vel aliquem seq. מִן cum infin. Eze. 34, 10, et seq. לְבִלְתִּי Jos. 22, 25, vel aliquid i. e. *finem imposuit* alicui rei Jes. 16, 10. Ps. 46, 10 etc. Seq. לְ pers. Jer. 48, 35 etc. — 3) *amovit, abstulit* Ex. 12, 15 etc. — Deriv. מִשְׁבָּת et seq.

שֶׁבֶת m. suff. שִׁבְתּוֹ; 1) *cessatio, intermissio* Prov. 20, 3, hinc *desidia* Jes. 30, 7. — 2) *interpellatio* operis, *dispendium moræ* Ex. 21, 19. — Alterum שְׁבֹת f. inf. est verbi יָשַׁב q. v.

שַׁבָּת c. constr. שַׁבַּת; suff. שַׁבָּתוֹ; pl. שַׁבָּתוֹת; constr. שַׁבְּתוֹת; pr. *cessatio*, hinc *sabbatum*, dies hebdomadis septimus Ex. 16, 25. שַׁבַּת שַׁבָּת *quovis sabbato* 1 Par. 9, 32. שַׁבַּת שָׁנִים *septimus* quivis *annus* quo *non* colebantur agri Lev. 25, 4 etc. Sed 23, 15 in plur. dictum volunt de totâ *hebdomade* (vid. interpr. ad Matth. 28, 1).

שַׁבָּתוֹן m. pr. *cessatio omnimoda*, hinc *sabbatum magnum, perquàm solemne* Ex. 16, 23 etc., maximè in שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן Ex. 31, 15 etc.

שַׁבְּתַי n. pr. viri Esr. 10, 15 etc.

שָׁגָא n. pr.

שָׁגַב sed Lev. 5, 18 שָׁגָב; part. act. שֹׁגֵב; f. שֹׁגֶבֶת, ut vicin. שָׁגָה; 1) *erravit* Job 12, 16. — 2) *deliquit per errorem et imprudentiam* Num. 15, 28 etc. Gen. 6, 3: בְּשַׁגַּם *propter peccare eorum* juxtà quosdam, quasi שַׁגַּב esset infin. formæ שַׁגָּב Jer. 5, 26; sed vide suprà ad שֶׁ et adde, admissâ explanatione istâ, nullus verbis proximè sequentibus הוּא בָשָׂר *caro est* i. e. *perquàm corruptus*, sensus erit.

שְׁגָגָה f. suff. שִׁגְגָתוֹ; *error, erratum* Lev. 4, 2 etc.

שָׁגָה; part. act. שֹׁגֶה; inf. constr. שְׁגוֹת; fut. יִשְׁגֶּה; ut vicin. שָׁגַב; 1) *erravit, oberravit* Eze. 34, 6, seq. מִן *aberravit*, trop. Ps. 119, 21. Prov. 19, 27. — 2) *titubavit* præ ebrietate Jes. 28, 7. Prov. 20, 1, trop. ebrius amore Prov. 5, 19, 20. — 3) *peccavit per imprudentiam* 1 Sam. 26, 21. — Pih. 1) forsan ut vicin. syr. ܫܓܝ

Digitized by Google

laudavit, undè שִׁגָּיוֹן. — 2) *errare fecit*, undè inf. cum suff. שָׁגָם juxtà quosdam, sed vid. in שָׁגַג. — Hiph. הִשְׁגָּה; part. מַשְׁגֶּה; fut. יַשְׁגֶּה; 1) *errare fecit* in viâ Deut. 27, 18, metaph. *aberrare fecit* Ps. 119, 10, *seduxit* Job 12, 16. — Indè מִשְׁגֶּה.

שָׁגַח ut vicin. שָׁעָה. — Hiph. הִשְׁגִּיחַ; fut. יַשְׁגִּיחַ; *prospexit, spectavit* seq. אֶל rei *aliquid* Jes. 14, 16, seq. מִן *ex* aliquo loco Ps. 33, 14. Cant. 2, 9.

שְׁגִיאָה f. *peccatum per imprudentiam*; pl. שְׁגִיאוֹת Ps. 19, 13. — Rad. שגא ut vicin. שָׁגָה.

שִׁגָּיוֹן m. pl. f. שִׁגְיוֹנוֹת; *carminis* species Ps. 7, 1. Hab. 3, 1. — Rad. שָׁגָה.

שָׁגַל *inivit, compressit* mulierem; verbum obscœnum, undè Massorethæ שָׁכַב *concubuit*, ipsi substituunt; undè cum suff. et נ epenth. יִשְׁגָּלֶנָּה Deut. 28, 30. — Niph. fut. pl. f. תִּשָּׁגַלְנָה *comprimentur* Jes. 13, 6. Zach. 14, 2. — Puh. שֻׁגַּלְתְּ *compressa es* Jer. 3, 2. — Indè

שֵׁגַל f. *uxor regia, regina* Neh. 2, 6. Ps. 45, 10.

שָׁגַע undè Puh. Part. מְשֻׁגָּע *amens, vesanus* Deut. 28, 34 etc. — Hithp. הִשְׁתַּגֵּעַ (pro הִתְשַׁגֵּעַ) *amentem, insanum egit* 1 Sam. 21, 15, 16. — Indè

שִׁגָּעוֹן m. *amentia* Deut. 28, 28 etc.

שֶׁגֶר m. constr. שְׁגַר; *fœtus* partu editus Deut. 7, 13 etc. — Rad. שגר ut in chald. Pah. *ejecit, emisit*.

שְׁגֶר m. id. Ex. 13, 12.

שַׁד m. dual. שָׁדַיִם; constr. שְׁדֵי; *mamma* Gen. 49, 25. Cant. 4, 5 etc. — Rad. שדה quam conferunt cum chald. שְׁדָא *ejaculatus est, effudit* et arab. שَدَا (pro שָׁדַו) *irrigavit*.

שֵׁד m. undè pl. שֵׁדִים *mala, noxia dæmonia* Deut. 32, 17. Ps. 106, 27. — Rad. שָׁדַד.

שֹׁד sed Job 5, 21 שׁוֹד m. 1) ut שַׁד *mamma* Jes. 60, 16. Job 24, 9. — 2) *violentia, oppressio* Ps. 12, 6 etc., metonym. *opes per vim comparatæ* Amos 3, 10. — 3) *vastatio, exitium* Hab. 2, 17. Job 5, 22 etc. — Rad. שָׁדַד.

שָׁדַד pl. שָׁדְדוּ et defect. שָׁדוּ; part. act. שֹׁדֵד; pass. שָׁדוּד; f. שְׁדוּדָה; inf. abs. שָׁדוֹד; constr. שְׁדוֹד; imp. pl. שָׁדְדוּ; fut. cum suff. יִשְׁדְּדֵם et יִשְׁדֵם; 1) forsan ut שדה q. v. in שַׁד. — 2) *vastavit* terram, urbem Jer. 25, 36 etc., *confecit, perdidit* hominem Jes. 33, 1 etc. — Niph. נִשְׁדַּדְנוּ (pro נִשְׁדַּדּוּנוּ) *vastati sumus* Mich. 2, 4. — Pih. part. מְשַׁדֵּד; fut. יְשַׁדֵּד; *vastavit, perdidit* Prov. 19, 26. 24, 15. — Puh. שֻׁדַּד et שֻׁדָּד *vastatus est* Jes. 15, 1. Nah. 3, 7 etc. — Poh. fut. יִשְׁדֹּד *perdet* Hos. 10, 2. — Hoph. *vastatus est*; fut. יוּשַׁד et יוּשַׁד Jes. 33, 1. Hos. 10, 14. — Deriv. שַׁד, שֹׁד et seq.

שִׁדָּה f. pl. שִׁדּוֹת; alii aliter, sed forsan ut arab. شَيِّدَاه (sçayyidaht) *domina*, indè *uxor*. Eccl. 2, 8: *comparavi mihi..... et delicias hominum* שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת *uxorem et uxores* i. e. reginam et alias uxores regias.

שַׁדַּי m. pl. excellentiæ cum terminatione antiquiori à sing. שַׁד; vulgò *potentissimus, omnipotens*, *sed etymo et rei aptiùs *terribilis* Gen. 17, 1.

Digitized by Google

Ex. 6, 3 etc. Vid. quæ adnotavi in *Le Pentat. avec une trad. franç. etc.* Genesis, pag. 86, 87 et Exode, p. 85.

שְׁדֵיאוּר n. pr. viri Num. 1, 5.

שַׁדִּין (vox comp. ex שׁ pro אֲשֶׁר et דִּין) *quòd judicium* scil. Dei sit ulturi injurias quibus me afficitis Job 19, 29. Keri habet שַׁדּוּן quod in idem incidit.

שְׁדֵמָה f. 1) *uredo* frumenti Jes. 37, 27 ut שְׁדֵפָה (litteris affinibus מ et פ permutatis) quod occurrit in loco parall. 2 Reg. 19, 26.—2) pl. שְׁדֵמוֹת, constr. שַׁדְמוֹת *arva* 2 Reg. 23, 4 et Jer. 31, 40 in Keri, eaque consita vel frugibus Hab. 3, 17, vel vitibus, undè *vineæ* Deut. 32, 22. Jes. 16, 8. * Ità vulgò sed trium horumce ultimorum locorum contextus sensum *vitis* vel *plantæ* cujusvis id genus flagitare omninò videtur. * — Rad. שדם.

שָׁדַף *adussit* eurus segetes; part. pass. pl. f. שְׁדוּפוֹת et שְׁדֻפוֹת Gen. 41, 23, 27. — Deriv. seq.

שְׁדֵפָה f. *uredo* 2 Reg. 19, 26.

שְׁדֻפוֹן m. pl. id. Gen. 41, 23 etc.

שֹׁהַם masc. 1) gemmæ species, plurimis ut Braunio (de Vest. sacerd. Hebr.) est *sardonyx* vel *onyx*, à similitudine unguis humani; al. cum Vulg. *beryllus* Gen. 2, 12. Job 28, 16 etc. — Rad. שהם vicin. arab. شهم *palluit*.

שַׁו Job 15, 31 in Chethib ut שָׁוְא.

שׁוּא m. *malum;* plur. cum suff. שַׁאֲיֵהֶם *mala eorum* i. e. mala quibus me afficiunt Ps. 35, 17. — Rad. שוא ut vicin. arab. شَاءَ (pro شَوَأَ) *malus, vitiosus fuit.*

שָׁוְא (pro שָׁוֵא, formæ מָוֶת, sed absorpto ultimo Segol, ut in קֹשֶׁט) m. 1) *malum* quod patratur, *scelus, nequitia* Jes. 5, 18. Job 11, 11, quod *quis* patitur, *calamitas* Jes. 30, 28 etc.; *sensum utrumque habes in Job 15, 31.*-2) spec. *falsum, mendacium, fraus* Ex. 23, 1. Ps. 12, 3 etc. לַשָּׁוְא *ad mendacium*, al. *in vanum* Ex. 20, 7. — 3) *vanum, inane, inutile* Mal. 3, 14 etc. לַשָּׁוְא *frustrà* Jer. 2, 30 etc. — Rad. שוא q. v. mox suprà in שׁוּא.

שָׁוָה n. pr. viri Par. 18, 16.

שׁוֹאָה f. constr. שׁוֹאַת; 1) *turbo, procella* (conf. rad. vicin. שָׁאָה ejusque Deriv.) Eze. 38, 9 et Prov. 1, 27 in Keri ubi Chethib habet שַׁאֲוָה. — 2) *vastatio,* Soph. 1, 15 etc. — 3) *interitus, pernicies* Jes. 10, 3. Ps. 35, 8. — Rad. שוא q. v. in שׁוּא.

שׁוּב, præt. f. שָׁבָה, et ex chald. שָׁבַת; inf. absol. שׁוֹב; imp. שׁוּב et שָׁב; pl. f. שׁוּבְנָה; fut. יָשׁוּב, יָשֹׁב et יָשֵׁב; conv. וַיָּשֹׁב; inter alia quæ facilè excogitari possunt pro diversis locis, significat 1) *reverti, redire, avertere se,* vel *averti, recedere, retroagi,* prout constr. absol., vel seq. acc. loci, ה local., אֵל, לְ, מִן, מֵאַחֲרֵי, מֵעַל. Item translato sensu sæpissimè et etiam de rebus inanimat. quæ in primum et pristinum statum restituuntur Gen. 8, 12. Jos. 22, 16. Hos. 14, 8. Special. dicitur de mandato, vaticinio *irritum fieri, rescindi* oppos. בוא Jes. 45, 23. Eze. 7, 13; de irâ *sedari* Gen. 27, 44, 45. — 2) transit. *reduxit* Num. 10, 36, sed imprimis in formulâ שׁוּב שְׁבוּת; it. *instauravit* Nah. 2, 3. — 3) seq. alio verbo sive finito et adjectâ vel omissâ copulâ fit adv. *iterùm, rursùs, denuò* Gen. 30,

Digitized by Google

31 12 Reg. 1, 11, sive infinito Job 7, 7.

Pihl. שׁוֹבֵב tàm propr. quàm transl. sensu 1) *reduxit, convertit* Jes. 49, 5. Jer. 50, 19. — 2) *restituit* Jes. 58, 12, seq. לְ Ps. 60, 3. — *Restituere animam* alicujus i. e. eam *recreare, reficere* Ps. 23, 3. — 3) *avertit* Jes. 47, 10. Mich. 2, 4. — Puhl. שׁוֹבַב *aversus est* Jer. 8, 5; part. f. מְשׁוֹבֶבֶת *aversa* i. e. *erepta* Eze. 33, 8.

Hiph. הֵשִׁיב, הֲשִׁיבוֹתָ, הֲשִׁיבוֹתָ et הוֹשַׁבְוֹתִי, הֲשִׁבֹתָ; inf. absol. הָשֵׁב; constr. הָשִׁיב; imp. הָשֵׁב; in pausâ הָשֵׁב; fut. יָשִׁיב; apoc. יָשֵׁב; retracto accentu יָשֵׁב; 1) *redire fecit*, undè *reduxit* captivos Jer. 32, 44, *retraxit* manum Thren. 2, 3: *repulit* Jes. 28, 6 etc. *Repulit faciem* alicujus i. e. eum *petentem repudiavit* 1 Reg. 2, 16 etc. *Repulit iram* i. e. *avertit* vel *sedavit* Num. 25, 11. Job 9, 13 etc. — 2) *reddidit* aliquid alicui, *retribuit, remuneratus est*, it. *attulit, obtulit*, seq. acc. rei et dat pers. הֵשִׁיב Gen. 50, 15 etc., sed seq. עַל pers. Ps. 94, 23. הֵשִׁיב דָּבָר, אֲמָרִים, מִלִּין *reddidit verbum, dicta, sermones*, i. e. *respondit*, seq. acc. pers. 1 Reg. 12, 6 etc. Job 20, *cogitationes meæ mihi respondent* i. e. suggerunt, quod respondeam. — 3) *restituit, restauravit* Dan. 9, 25 etc., *animam* alicujus i. e. *recreavit, refecit* Jud. 15, 19 etc.; sed הֵשִׁיב רוּחוֹ *spiritum duxit, respiravit* Job 9, 18. — 4) *revocavit, rescidit* decretum, edictum etc. Amos 1, 3 etc. — 5) seq. מֵעַל, מִן *avertit à* Eze. 18, 30, 32 ubi פָּנִים *vultus* subauditur, conf. 14, 6. — 6) seq. אֶל, עַל, בְּ *convertit in, ad, contra* 2 Sam. 8, 3 etc. — Hoph. הוּשַׁב; fut. יוּשַׁב; 1) *reductus est* Ex. 10, 8. — 2) *redditus, restitutus est* Gen. 42, 28 etc. — Deriv. שִׁיבָה, מְשׁוּבָה, תְּשׁוּבָה et seq.

שׁוּבָאֵל n. pr. viri 1 Par. 24, 20 etc.

שׁוֹבָב m. pl. שׁוֹבָבִים; 1) *aversus, rebellis* Jer. 57, 17 etc. — 2) n. pr. viror. 2 Sam. 5, 14 etc.

שׁוֹבֵב m. id. undè f. שׁוֹבָבָה Jer. 31, 22. 49, 4.

שׁוּבָה f. *reditus*, metaph. *conversio* ad Deum Jes. 30, 15.

שׁוּבָךְ n. pr. viri 2 Sam. 10, 16.

שׁוּבָל n. pr. viror. Gen. 36, 20 etc.

שׁוּבֵק n. pr. viri Neh. 10, 25.

שׁוּד vid. שׁדד.

שׁוּד; ut vicin. שָׁדַד *vastavit;* fut. יָשׁוּד Ps. 91, 6.

שׁוּה; part. act. שׁוֶה; fut. יִשְׁוֶה; 1) pr. *planus, æquus fuit;* hinc 1) *par fuit* alicui rei, *æquavit* aliquid seq. בְּ Prov. 3, 15 etc. Impers. שָׁוָה לִי *æquatum* i. e. *satisfactum est mihi* Job 33, 27. — 2) *aptus fuit, conveniens fuit* seq. לְ alicui Esth. 3, 8. — 3) *similis fuit* sequent. לְ, אֶל Jes. 40, 25. Prov. 26, 4. — Pih. שִׁוָּה; part. מְשַׁוֶּה; fut. יְשַׁוֶּה; 1) *complanavit* agrum Jes. 28, 25, trop. addito נֶפֶשׁ *animum composuit, sedavit* Ps. 131, 2 et subaudito נֶפֶשׁ Jes. 38, 13, al. tamen *assimilavi me*. — 2) ut vicin. שִׁית, שׂוּם et ex usu Targum. *posuit, fecit* Hos. 10, 1. Ps. 21, 6 etc.; seq. acc. et בְּ *similem reddidit, fecit* aliquem alicui Ps. 18, 34. — Hiph. fut. אַשְׁוֶה *æquiparabo* Thren. 2, 13. — Hithpah. Prov. 27, 15: *stillicidium jugiter fluens imbris*

Digitized by Google

tempore וְאֵשֶׁת מִדְיָנִים נִשְׁתְּוָה *et uxor rixosa similes sunt;* ità vulgò, sed, cùm in Proverbiis non soleat inter duo hemistichia tam frigidum comparandi vocabulum interponi, נִשְׁתְּוָה Gesenio est *metuendæ*, collat. vicin. chald. שְׁוָה in Ithp. *metuit, trepidavit;* non multùm placet.

שָׁוֵה n. pr. planitiei Gen. 14, 17 etc.

שׁוּחַ; præt. f. שָׁחָה; fut. יָשׁוּחַ in Keri; ut vicin. שָׁחָה, שָׁחַח, *subsidere, desidere* Prov. 2, 18, trop. de animo *deprimi* Ps. 44, 26, et Thren. 3, 20, juxta Keri; sed rectiùs forsan servatur Chethib יִשִׁיחַ, legendum יָשִׁיחַ *queritur* (*de me anima mea*). — Deriv. שִׁיחָה (שַׁחַת pertinet ad rad. שָׁחַת) et seq.

שׁוּחַ n. pr. viri Gen. 25, 2, undè patron. שׁוּחִי Job 2, 11 etc.

שׁוּחָה f, 1) *fovea* Jer. 2, 6 etc. — 2) n. pr. viri 1 Par. 4, 11.

שׁוּחָם n. pr. viri Num. 26, 42.

שׁוּט et שָׁט (Job 2, 2); præt. שָׁט; pl. יָשֹׁטוּ; 1) pr. forsan ut vicin. arab. שאט (pro שוט) *flagellare*, scuticâ *percutere* (conf. שֶׁבֶט); hinc — 2) *remigare* seu remis mare percutere; part. act. שָׁטִים *remiges* Eze. 27, 8, 26. — 3) *cursitare, discurrere, cursitare, obire, peragrare* Num. 11, 8. Job 1, 7 etc. — 5) ex usu chald. et syr. *contemnere;* part. שָׂאֵט Eze. 16, 57. 28, 24, 26. — Pilp. שׁוֹטֵט *discurrit* Jer. 5, 1 etc.; metaph. librum i. e. *perscrutari* Dan. 12, 4. — Hithpahl. imp. pl. f. הִתְשׁוֹטַטְנָה *discurrite* Jer. 49, 3. — Deriv. שֵׁט, שִׁיט, מָשׁוֹט.

שׁוֹט m. *flagellum, scutica* 1 Reg. 12, 11 etc.; transl. de linguâ calumniatrice Job 5, 21; sed maximè de calamitatibus à Deo immissis Jes. 10, 26 etc. 28, 15, 18: *flagellum inundans* i. e. exercitus hostium irruens. Similis locutio viget apud Arab. conf. Coran. 88, 12. 89, 33.

שׁוּל m. pl. שׁוּלִים; 1) *lacinia*, vestis, *syrma* Jes. 6, 1 etc. — 2) *ora* vestis Ex. 28, 33, 34. — Rad. שׁוּל.

שׁוֹלֵל m. 1) *spoliatus* Mich. 1, 8 in Keri. — 2) *captivus* Job 12, 17 etc. — Rad. שָׁלַל.

שׁוּלַמִּית n. pr. puellæ Cant. 7, 1.

שׁוּם m. *allium;* pl. שׁוּמִים Num. 11, 5.

שׁוּנִי n. pr. 1) viri Gen. 46, 16; 2) ejus patron. Num. 26, 15.

שׁוּנֵם n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. 19, 18 etc. Nom. gent. שׁוּנַמִּי, f. שׁוּנַמִּית 1 Reg. 1, 3 etc.

שָׁעַע et שׁוּעַ ut vicin. יָשַׁע; 1) *amplus fuit;* hinc — 2) *dives fuit, opibus valuit.* — 3) *liberatus est* ex periculis et angustiis. — 4) *clamare, vociferari;* undè imp. pl. שַׁעוּ Jes. 29, 9, esse vulgò volunt; sed vid. שָׁעָע. — Pih. שִׁוַּע; fut. יְשַׁוֵּעַ; *clamavit, vociferatus est* Job 35, 9 etc., seq. אֶל *imploravit* Ps. 30, 3 etc. — Deriv. seq.

שַׁוַּע m. *clamor, imploratio;* suff. שַׁוְּעִי Ps. 3, 3.

שׁוּעַ m. 1) *imploratio* Jes. 22, 5. — 2) *dives, opulentus* Eze. 23, 23. Job 34, 19. — 3) *liberalis* Jes. 32, 5.

שִׁוַּע m. 1) *imploratio* Job 30, 24. — 2) *opes, divitiæ* 36, 19. — 3) n. pr. viri Gen. 38, 2, 12.

שׁוּעָא n. pr. viri 1 Par. 7, 32.

Digitized by Google

שַׁוְעָה f. constr. שַׁוְעַת; *imploratio* Ex. 2, 23 : 1 Sam. 5, 12 etc.

שׁוּעָל m. pl. שׁוּעָלִים et שְׁעָלִים; 1) *vulpes;* sed sub hoc nomine comprehendi videtur illud animalium genus, quod Persæ *schaghál*, Turcæ *dschakál* vocant (conf. quæ dixi in *Archéologie biblique*, *pag.* 89, 90, 2e *édit.*) Jud. 15, 4. Ps. 63, 11 etc. — 2) n. pr. a) loci 1 Sam. 13, 17; b) viri 1 Par. 7, 36.—Rad. שעל forsan *cavavit*, ut saltem ex Derivatis innuitur.

שׁוֹעֵר m. pl. שֹׁעֲרִים (denom. à שַׁעַר); *janitor* 2 Reg. 7, 10 etc.

שׁוּף al. ut vicin. שָׁאַף *inhiare*, indè *insidiari*. Gen. 3, 15 : *hoc* (mulieris semen) *capiti tuo insidiabitur; et tu ejus calci insidiaberis;* al. (ex usu Targ. Onkel. Deut. 9, 21) *conteret..... conteres;* Vulgat. *conteret..... insidiaberis;* Syr. *conteret..... feries.*— Job 9, 17 : *in turbine me conterit*, ità LXX et Vulgat.; al. *invadit, adoritur.* — Ps. 139, 11 : *caligo me premit*, collat. Lat. *nocte, silentio, nubibus premi;* al. *obscurat, tegit me*, quasi שׁוּף valeat id quod נָשַׁף denom. à נֶשֶׁף *crepusculum;* al. *invadunt, occupant.* — * *Conterendi* significatus cæteris illis, saltem in Gen. et Job, præstare videtur; sed in Ps. nequaquàm convenit; *invadendi, occupandi* sensus magis arridet; sed, quidquid dicat Gesenius, nullo etymologiæ fundamento nititur. Mihi verò שׁוּף pr. est ut vicin. נָשַׁף *flare, sufflare* (conf. etiam cognat. נָשַׁב, נָשַׁם, נָפַשׁ) et spec. de serpente *sibilare* (conf. שְׁפִיפוֹן *serpens sibilus*); hinc Gen. 3, 11 : *ipsum capiti tuo sibilavit*, illud pede suo conculcando et conterendo; *tu autem calci ejus sibilabis* seu punges; serpens enim sibilare solet antequàm pungat. — Job 9, 17 : *turbine contra me exsufflat* vel *sibilat* i. e. vehementi procellæ sibilo me conficit. — Ps. 139, 11 : *denssisimæ tenebræ mihi adsufflabunt* i. e. circumdabunt me. In hoc ultimo exemplo, *sufflandi* notio, parùm quidem apta est; sed tamen non minùs quàm aliæ.*

שׁוּפָךְ n. pr. viri 1 Par. 19, 16.

שׁוּפַמִּי n. patron. Num. 26, 39.

שׁוֹפָר m. constr. שׁוֹפַר; pl. שׁוֹפָרוֹת; constr. שׁוֹפְרוֹת; *lituus, tuba* Ex. 19, 16 etc. — Rad. שָׁפַר.

שׁוּק forsan ut vicin. שָׁקַק; 1) *currere, discurrere*, hinc 2) *sectari, concupiscere.* — Hiph. הֶשִׁיק *abundavit, redundavit*, seq. acc. rei *aliquâ re* Joël 2, 24. — Pihl. שִׁקֵּק *redundare, abundare fecit* Ps. 65, 10. — Deriv. תְּשׁוּקָה et seq.

שׁוֹק c. dual. שֹׁקַיִם; *crus* (quo *curritur*) tàm hominum Jes. 47, 2. Cant. 5, 15, quàm animalium in quibus et femur forsan comprehendit Ex. 29, 22 etc. Poët. de *peditibus* oppos. סוּסִים *equitibus* Ps. 147, 10. Locutio proverb. est forsan Jud. 15, 8 : *et percussit eos crus super femur*, pro *eos confecit omninò, ad internecionem cecidit;* conf. Deut. 28, 35.

שׁוּק m. pl. שְׁוָקִים; *platea* per quam *discurritur* Prov. 7, 8.

שׁוֹר m. epic. pl. שְׁוָרִים; *bos* vel potiùs *taurus* Ex. 21, 28 etc.; collect. *armentum* Gen. 32, 6. — Rad. forsan ut שׁוּר chald. et syr. *saliit, insiliit*, et vicin. arab. ثور (tsar) *assiliit, impetum fecit.*

Digitized by Google

שׁוּר, undè præt. et part. act. שָׂר; fut. יָשׁוּר; 1) ut vicin. תּוּר *circuire, obire, iter facere*, maximè ad negotiandum Eze. 27, 25; seq. בְּ *proficisci cum* aliquâ re i. e. eam *offerre* Jes. 57, 9. — 2) *circumspicere, prospectare* Cant. 4, 8.—2) *contemplari* Job 35, 5, hinc *observare insidiosè, insidiari* Jer. 5, 26 etc. — 3) *animadvertere, respicere* Job 33, 14. 35, 13, hinc *curare* Hos. 14, 9.— 4) *canere*, ut שִׁיר q.v.—5) forsan *serere, struere*. — Pihl. שׁוֹרֵר vid. in שִׁיר. — Deriv. שׁוֹר, תְּשׁוּרָה et

שׁוֹר m. pl. שׁוֹרִים; pl. f. שׁוֹרוֹת; 1) *murus, paries* Gen. 49, 22. Ps. 18, 30. Job 24, 11, ità vulgò, * sed forsan in Gen. et Ps. loc. citat. *taurus*, et in Job *ordines* seu *series* olivarum. Cæterùm confer quæ disputavimus in *Le Pentat. avec une traduct. franç. etc.*, Genese, pag. 318, 319.* — 2) *insidiator, hostis* Ps. 92, 12. —3) n. pr. urbis ab oriente Ægypti, Gen. 16, 7 etc. Undè Ex. 15, 22: מִדְבַּר שׁוּר desertum est istud ingens quod ab Ægypto Asiam secernit, quodque Arabibus *Djofâr* dicitur.

שׁוּשָׁא n. pr. viri 1 Par. 18, 16.

שׁוּשַׁן m. seu שׁוּשָׁן, constr. שׁוּשַׁן; 1) *album*, hinc *lilium* 1 Reg. 7, 19. — 2) שׁוּשַׁן עֵדוּת Ps. 60, 1 instrum. musicum forsan *cymbalum* ob formam lilii quam habet. Vid. עֵדוּת. — 3) n. pr. *Susa*, urbs caput Susianæ Dan. 8, 2 etc. — Rad. שׁוּשׁ ut vicin. שָׁשׁ *canus fuit;* conf. etiam שֵׁשׁ, שֵׁשׁ.

שׁוּשַׁן m. pl. שׁוּשַׁנִּים; ut שׁוּשַׁן q. v. 1) *lilium* Cant. 2, 16 etc. — 2) instr. musicum Ps. 145, 1 etc.

שׁוּשַׁנָּה f. *lilium* Hos. 14, 6 etc.

שׁוּשַׁק n. pr. viri 1 Reg. 14, 25.

שׁוּת ut שִׁית q. v.

שׁוּתֶלַח n. pr. viror. Num. 26, 35 etc.

שָׁזַף, f. cum suff. שָׁזְפָתוּ (pro שָׁזְפָתְהוּ); forsan *conspexit, vidit* Job 20, 9. 28, 7, et Cant. 1, 6 ubi aliis est ut vicin. שָׁזַף *ussit, adussit*, quod satis placet.

שָׁזַר forsan ut in arab. *torsit, retorsit filum à dextrâ ad sinistram.* — Hoph. part. מְשֻׁזָּר *retortus* Ex. 26, 1 etc.

שָׁח m. *depressus, demissus* Job 22, 29. — Rad. שׁוּחַ.

שָׁחַד; fut. f. conv. וַתִּשְׁחָדִי; *muneravit* Job 6, 22, seq. acc. pers. Eze. 16, 33. — Indè

שֹׁחַד m. *munus* 2 Reg. 16, 8 etc., maximè quo judex corrumpitur Deut. 10, 17 etc.

שָׁחָה undè imp. pl. f. שְׁחִי; *depressit, inclinavit se* Jes. 51, 23, it. *subsidit, depressus est* (conf. vicin. שָׁחַח, שׁוּחַ). — Hiph. הִשְׁחָה *depressit* animum Prov. 12, 25.— Hithpahl. הִשְׁתַּחֲוָה (tertiâ rad. ה geminatâ et altero ה in ו mutato); part. מִשְׁתַּחֲוֶה; plur. מִשְׁתַּחֲוִים; sed Eze. 8, 16 מִשְׁתַּחֲוִיתֶם compos. volunt ex part. et præt., vel more aram., ex particip. et pron. אַתֶּם; sed potiùs est error scribæ pro מִשְׁתַּחֲוִים; inf. הִשְׁתַּחֲוֹת et formâ chald. הִשְׁתַּחֲוָיָה 2 Reg. 5, 18; futur. יִשְׁתַּחֲוֶה, apocopat. יִשְׁתָּחוּ; plur. יִשְׁתַּחֲוֻה et יִשְׁתַּחֲוֻ Gen. 27, 29 in Chethib; *prostravit se, provolu-*

Digitized by Google

tus est gr. προσκυνεῖν honorandi causâ vel homines Gen. 23, 7: 2 Sam. 9, 8 etc., vel numen precibus colendum, hinc *precibus veneratus est* Deum Gen. 22, 5 etc.; hinc etiam *se submisit*, alicui, *obsequium præstitit* alicui Ps. 45, 12. — 2) simpl. *subsidit, recubuit* in lecto Gen. 47, 31: 1 Reg. 1, 47. — Deriv. שְׁחוּגִת, שְׁחִיָּה.

שְׁחוֹר vid. שִׁיחוֹר.

שָׁחוֹר m. *nigredo* Thren. 4, 8. — Rad. שָׁחַר.

שְׁחוּת f. *fovea;* suff. שְׁחוּתוֹ Prov. 28, 10. — Rad. שָׁחָה.

